per .x. vices .i. multotiēs temptauerūt me, videbit terrā pro qua iuraui patribꝫ eoꝝ p̄ter iosue et caleph. Quoniā autē amalechites ꝛ chananeus habitant iuxta vos ne superueniant, mouete cras castra et redite in solitudinem, iuxta numerum .xl. dierū quibꝫ terrā cōsiderastis quadraginta annis recipietis iniquitates vr̄as. Locutusq̄ est moises omnia verba hec ad eos, et luxit popul⁹ nimis. Et ecce mane surgentes dixerūt ad moisen. Peccauimus desperātes parati sumus ascendere ad locū quē ꝓmisit dn̄s. Et moises ad eos. Nolite ascēdere: nō eīn dn̄s vobiscū est. At illi cōtenebrati: sine deo scꝫ posse vincere putātes ascenderūt: arca cū moise ꝛ leuitꝭ remanēte i castris. Persecutusq̄ ē eos amalechites ꝛ chanane⁹ ꝑcutiens vsq̄ ad locū: q̄ ob h̄ vocat⁹ est horma. id ē anathema. ꝛ redierūt ad solitudinē.

Sed qꝛ in oī ope dei coniuncta est iusticie misc̄dia subdit, quoniā aūt.

Iterum subditur de iusticia dei iuxta numerum ꝛc̄. Unde dauid ꝓpheta .xl. annis offen. f. g. h.

De lapidatiōe colligētis ligna in sabbato Capitulum. XIX.

# Factum est autē

cū essent in solitudine inuenerunt hominē colligentē ligna in sabbato: quē reclusit moises donec ꝯsuleret dn̄m. De quo dixit dn̄s. Moriatur homo iste extra castra: lapidibꝫ obruatur. Et factū est ita. Quidā putāt hunc fuisse salphaat. qꝛ et filie eius postea dixerūt. Pater noster in deserto in pecccato suo mortuus est. Ibidem etiam p̄cepit eis dn̄s vt per quattuor angulos palliorum fimbrias ponerēt iacinctinas. ob recordationē etiā minimoꝝ p̄ceptorū dn̄i obseruandam. Has magnificauerunt pharisei intm̄ vt etiā spinas in eis ligarēt. vt frequēti earū punctiōe ad memoriā iugē p̄ceptorum dn̄i excitarent. Quadratꝭ tūc iudei vtebant palliis ꝛ adhuc ī angulis vestis q̄drate in synagogis suis habēt fimbrias iacinctinas ob recordationē legis date de celo. Hoc aūt faciebant vt a ceteris gentibꝫ etiam habitu discernerentur.

De scismate chore dathan et abyron ꝛ plaga eorum. Capitulum. XX.

# Ecce autē chore

fili⁹ isuar fris amrā cū vidisset fratrueles suos honoratos, alteꝝ sacerdotio, alteꝝ ducatu ppl'i inuidit, et murmurās cōtra moisen et aaron: cōplices secum habuit ducētos .l. de leuitis maioribꝫ, q̄s etiā dignos sacerdotio p̄ferebat, adiunxeratq̄ sibi dathan et abyrō potentiores rubenitarum, q̄bus principatū populi deberi dicebat, qꝛ fuerāt de ruben primogenito. Quibꝫ moises ait. Tollat vnusquisq̄ vestrū thuribulum suū: ꝛ cras hausto igne supponat thimiama: et aaron vobiscū: et quē elegerit dn̄s ipe sit sanct⁹. Misit ḡ moises mane vt vocaret dathā ꝛ abyron: q̄ dixerūt. Nō veniem⁹. Et cōuocata oī multitudine. dixit moises ad chore ꝛ ducētos q̄nq̄ginta. Tollite thuribula vr̄a ꝛ ponite thimiama suꝑ ea ꝛ state corā dn̄o. Illis aūt sic stantibꝫ moises descēdit cū senioribꝫ populi ad dathan ꝛ abyron vt eos vocaret. Nam ꝛ abyron vt dicit Joseph⁹ ex p̄re leuita erat. Illi aūt stabāt cū vxoribꝫ ꝛ liberis. ꝛ oī freq̄ntia dom⁹ sue ī introitu papilionū suarū: parati poti⁹ ad resistendū. si vim inferre vellet moises q̄ꝫ ad obediēdū. Q̄d videns moises orauit ad dn̄m vt insolita morte ꝑirēt. ꝛ sic planū fieret ꝙ dn̄s ipm miserat. Quo orante ꝛ flente tremuit terra. expauitq̄ ppl's. grādi strepitu ꝑ illoꝝ tabernacula excitato. ꝛ scissa ē terra sub pedibꝫ eoꝝ: et aperiēs os suū deuorauit eos cū oī substātia eorū: et descenderūt viui in infernū. i. in patulū terre hiatū. Et reducta est terra q̄si nihil horū factū eē videret. Sꝫ ꝛ ignis egressus ē de thuribulis chore ꝛ ꝯciliꝭ ei⁹: tātus q̄ntus nec de terra ꝓlat⁹ vel ꝯcursione fulminū aut violētia spirituū visus ē vnq̄ exilire. ꝛ deuorauit eos: aaron stante illeso. Tulitq̄ eleazar thuribula eoꝝ ex p̄cepto dn̄i igne huc illucq̄ dispersō: ꝛ ea ꝓduxit ī laminas. formāsq̄ ex eis coronulas aureas: affixit eas altari eneo ad cōmonendū filios israel: ne q̄s nisi de semie

Nota ꝙ isuar et amram frēs erāt, quorū alter scꝫ isuar qꝛ primogenit⁹ erat, visum fuit filio ei⁹ scꝫ chore ꝙ ipe potius haberet summū sacerdotium q̄ꝫ moises fili⁹ amrā. et h̄ idē voluit ꝑsuadere dathan ꝛ abyrō de dignitate ducatus qꝛ potiores erant rubenitis.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

aaron accederet ad offerendū incensū dño ne similia pateret. Tñ et sic fabrefacte erāt ꝙ etiā ibi stabāt ad decorē.

De exustione populi extincta ꝑ aaron
Capitulum. XXI.

Iterum sequenti die murmurauit oīs multitudo ꝯ moisen ꝛ aaron dicēs. Vos interfecistis pplm dñi. Cūqꝫ vellēt eos obruere lapidibus fugierūt ad tabernaculū. et operuit eos nubes. apparuitqꝫ gloria dñi. Et egressus ignis a dño deuorauit populū. Dixitqꝫ moises ad aarō. Tolle thuribulū: ꝛ hausto igne de altari. ponensqꝫ thimiama: perge cito ad populū vt roges ꝓ eis. Acceleransqꝫ aaron cū thuribulo ꝛ stans inter viuos ꝛ mortuos: orauit dominū: et plaga cessauit. Fuerūt aūt ꝑcussi ex eis. xiiij. milia et septuaginta.

Signo ꝓmisso ꝯfirmatū fuit sacerdotiū aaron. Adhuc duo sequunt. quoꝝ alterꝝ hic supponit.

De virga aaron que nocte vna floruit et frondruit ꝛ peperit nuces.
Capitulum. XXII.

Attamen nōdū cessauerat tumult⁹ sup sacerdotio aarō. Dicebāt ei. qꝛ ꝛ si nō ꝑdictos leuitas elegerit dñs: poterat esse ꝙ aliqui de aliqua reliquarū tribuum digni essent sacerdotio. et forte de oīb⁹ tribub⁹ aliqͣt vellet dominus habere sacerdotes: ne tanta ministerij dignitas vni domui et tam paucis crederetur ministris. Accusabātqꝫ moisen de deserti inopia: eo ꝙ eorum negociaret inopiam vt semper eius viderētur egere auxilio. Tulit ergo moises ex precepto domini virgas xij. principum: et scripsit in vnaquaqꝫ nomen trib⁹ sue: vel potius principis. Scripsit autē in virga aaron nomē leui. ꝛ preter has. xij. sumpsit vnā seorsū cūctas familias cōtinentē: in q ꝓbaret vtrū de oībus tribub⁹ vellet deus hēre sacerdotes. In Numeris tñ legit nō fuisse virgas nisi. xij. qd intelligendū est de singularib⁹. scz excepta generali Quas cū posuisset in tabernaculo corā dño: sequēti die regressus inuenit germinasse virgā aaron ꝛ folijs dilatatis amigdala protulisse. Sane hic tertio deo ordinante aaron sacerdotiū firmissime possedit. Nā et in signū rebellium ꝓcepit dñs virgā aaron seruari i tabernaculo in posterū.

Dicebāt moisen spōte eos ꝑ desertū duxisse. vt ipi suo egerēt auxilio.

De reditu in cades in. xl. anno.
Capitulum. XXIII.

Fuerūt itaqꝫ filij israel longo tempore in solitudine. multo sederunt tempore in cadesbarne: et diu circuierūt mōtē seir. ꝛ redierūt fere vsqꝫ ad mare rubrū: et circa fines synai. ꝛ ꝓstrata sūt cadauera eoꝝ i deserto. Tandem p⁹ multos labores ꝛ annos. xxxviij. redierūt ad cades vñ miserāt exploratores. vl' in q redierūt ad eos vt dictū ē: q est i deserto syn. nec illud ē desertū ad qd venerūt viij. mansione: vt dic Hiero. Prior ei scribitur syn ꝑ samech. et interpretat rub⁹ vl' odium. Syn ṽo in q cades vel q est cades. scribitur ꝑ sade. et interpretat mādatū. vel sancta. et est vt qdā volūt ꝑs deserti pharan. In fine igit. xxxix. anni a finib⁹ synai venert in cades xi. dieb⁹. et potuit esse ꝙ tm̄ irēt. xi. dieb⁹ cōcito gdu q̄tū iuerāt. xxi. mansionib⁹ tardo: vel ꝑ aliā viā. Redierūt g filij israel. xl. anno mēse ꝓmo in desertū syn. et māsit ppls in deserto cades. Et sic. xlij. mansiones filioꝝ israel. qbus legunt ꝑfecti ab egypto vsqꝫ ad campestria moab iuxta iordanē. trib⁹ tm̄ annis cōplete fuerūt. xij. ab egypto vsqꝫ ad montē synai anno ꝓmo a. xiiij. die mēsis ꝓmi. vsqꝫ ad diē ꝓmā mēsis tertij Deinde āno scdo. xx. die mēsis ꝓmi. ꝑfecti a synai vsqꝫ ad cades. xx. māsiones. ꝛ vnā expleuerūt infra annū scdm. tñ quotto spacio āni ñ est determinatum sicut in ꝓmo ꝑ. xxxviij annos post errātes ꝛ ꝓstrati. xl. āno redierunt ad eandē cades Eo anno reliqs. ix. mansiones transegerūt. Et si inueneris. x hui⁹ anni fuisse māsiones: scito ꝙ inter has iterum numerat cades repetita.

Syn de q h agit vel est cades vel i eo ē cades. Vñ dr syn in q cades ꝛc.

Quasi diceret nō est ita distinctū in mansionib⁹ scdi anni qntum tpis flueret inter vnā mansionē ꝛ aliā sicut in mansionibus primi anni.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

De morte marie et aquis cōtradictionis.
Capitulum.XXIIII.

m Ortua est autē maria in cades dū.xl.vt dicit iosephus cōplesset annū:ex q̄ egyptum dereliq̄t.in initio mēsis xantici: qui et nisan ḿm lunā. Et sepelierūt eam in montē q̄ vocat̄ syn. Transactisq̧.xxx.dieb9 flet9 moyses populū purgauit hoc modo. Vitulā trimam totā rubeā extra castra cōbussit. Et ꝓsequitur hic iosephus ordinē cinerum lustrationis: quē dominus decima die mēsis septimi fieri p̄cepit.et videtur velle nūc primo cōbustionē hmōi a moyse factam. Unde etiaȝ subdit. Hoc etiā venturos seruare p̄cepit:et potuit esse ꝙ impediti huc vsq̧ distulerūt. qꝛ nec pasca interim celebrasse legunt̄. Cum autem intrauerūt terrā ꝓmissam ḿm p̄cepta domini: legitima sua prosecuti sunt. Etiā hic dicit Josephus.anteq̧ redissent in cades eos venisse ad terminos idumee et misisse nūcios ad edom ꝓ libertate transitus ꝑ terrā suā Quod cū ꝓhibuisset moyses inde recessit per desertū iter faciēs. Historia numeri dic̄ post mortez marie misisse isrl̄ ad edom. Nec ē liquidū vtrū ioseph9 ꝑ anticipationē.an liber numeri ꝑ recapitulationē h̄ dixerit. Nos vero sequētes ordinē historie dicim9 ꝙ mortua maria indiguit ppl̄s aq̄.factaq̧ seditione ꝯtra moysen ⁊ aaron in ppl̄o:orauerūt ambo ad dn̄m. Quib9 dn̄s ait. Tolle virgā ⁊ ꝯgrega ppl̄m ad petrā.et ꝑcussa dabit vob aquā. Utrum virga q̄ fronduerat:an alia vsus est moyses hic est dubiuȝ. Et tn̄ qꝛ in numeris legit̄: virga q̄ erat in ꝯspectu dn̄i videt̄ fuisse virga q̄ erat in arca. Et cōgregata multitudine ante petrā: dixit moyses. Audite rebelles et increduli.nunquid de petra hac poterim9 aquā vobis eijcere. Hic aūt cū in alijs egissent moyses ⁊ aaron fiducialter.turbati populo murmurante diffidenter egerūt: qd̄ domino mā̄ifestāte cognitū ē. Nō eni̅ ex opere eorū aliq̄ vel verbo h̄ ꝑpendi potuisset: nisi forte qꝛ moyses q̄si dubitās dixit. Nūq̄d poterim9 ⁊c̄. qꝛ inde sensus affirmationis poterat elici: q̄si poterim9.vl̄ negatiōis q̄si nō poterimus. Cū ergo ꝑcussisset ꝓus v̄ga silicē: qꝛ desperauerat: nō manauerunt aque. Scd̄o vero ictu egresse sūt ita largissime vt biberet ppl̄s ⁊ iumēta. Et dixit dn̄s moysi ⁊ aaron. Quia nō credidistis mihi: nō introduceꝫ populos hos ī terrā eoꝝ. Hec ē aq̄ ꝯtradictionis: qꝛ etiā electi desperauerūt de ꝓmissis et potētia dei q̄si ꝯtradicētes ꝓmittēti.

Iste edom frater iacob fuit.

De circūitu idumee.
Capitulum.XXV.

m Isit moyses nūcios ō cades ad regem edom dicētes. Frater tu9 iacob mādauit tibi hec.obsecro vt liceat nobis transire per terrā tuam. Nō ibimus per loca culta: via publica gradiemur. nō declinabimus neq̧ ad dextrā nec ad sinistram. Si biberimus aquas tuas: quod iustum erit dabim9 Et rn̄dit. Non trāsibitis ꝑ me. Timens tn̄ ne transirēt: egressus ē obuiam in manu forti. Quāobrem diuertit ab eo israel: maxie qꝛ de9 p̄cepat ei. Nō pugnabis aduersus fratrē tuū. Circūiuitq̧ idumeam: egrediēsq̧ de cades: et incedens per desertū arabie.ꝑtransiēsq̧ archim metropolim arabum: q̄ nūc petra dicit̄ venit ad montē hor qui est in finib9 terre edom.

De morte aaron.
Capitulum.XXVI.

i Bi locutus est domin9 ad moysen. Pergat inq̄t aaron ad populū suū. Nō intrabit terrā ꝓmissionis eo ꝙ incredul9 fuit ori meo. Tolle aaron et filiū eius cū eo: et duces eos coram omni populo suꝑ montē hor. Cū nudaueꝫ patrē stola pontificali: indues ea eleazarum. cui pontificat9 accessit ꝑ etatē ꝓmogenito ꝑ ignem absumpto. Et fecit moyses qd̄ p̄ceperat ei dn̄s.et mortuus est aaron in mōte hor In deuteronomio d̄r muscera loc9 sepulture aaron.q̄ vsq̧ hodie mōstrat̄ in mōtis vertice. Popul9 ꝓo fleuit eū.xxx. dieb9. Mortuus est aūt.xl.āno egressiōis.cū esset.cxxiij.annorū.eodē anno q̄ ⁊ maria mēse.v.q̄ ⁊ apud hebreos d̄r sedebach.apud romanos augustus.ꝓma die mēsis ḿm lunā.

De victoria post votū anathematis.
Capitulum.XXVII.

c Wnqȝ audisset chanane9 q̄ habitabat ad meridiē venisse illuc israel: pugnauit cū eo et obti-





Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

nuit et adduxit ex eo predã. Israel aũt vouit dño: q si traderet eũ dñs in manus suas ciuitates eius anathematizaret. quod fecit. Et vocauit nomẽ loci illiꝰ horma. i. anathema. Forte hic ẽ locꝰ q̃ sup̃ ꝑ anticipationẽ vocatus est horma. Anathema dr ab anathene. i. sursum ponere. qd est deuotare. i. voto deorsum ab vsu nostro separe. cum scꝫ res vota ⁊ reddita sursum in templis ponebat. Et nota q olim generaliter populus terre ꝓmissionis dictus est chananeꝰ. Unde et hic noie generali vocat eos qui erãt ad meridiem. Tũc em̃ septẽ populi ꝓpriis vocabantur noibꝰ in ea. et ille ꝓprie dicebat chananeꝰ: qui habitabat maritimã.

Tres legũt victi per capadoces in genesi.

De serpente eneo cõtra ignitos serpẽtes. Capitulum. XXVIII.

PRofecti de mõte hor venerũt in salmana: vbi cepit populũ tedere itineris ⁊ laboris dum circũirent terrã edom. et murmurauit cõtra moysen. Ideo misit dñs in populum ignitos serpentes. q̃ dicebant igniti: qr minimi ⁊ veloces erãt ad modũ scintillarũ. Uel vt aliĳ tradũt tactũ veneno inflammabant vsqꝫ ad tumorẽ et taborẽ igneũ. Rogaueruntqꝫ moysen vt oraret ꝓ eis. Cui dñs ait. Fac serpentẽ eneũ ⁊ pone ĩ perticã ĩ medio populi eminentẽ. et quicũqꝫ percussus fuerit a serpente: respiciat eũ et viuet. Et factum est ita. Hunc secum semper habuerũt filiĳ israel. et magnifice repositꝰ ẽ in hierusalẽ. Tandem ob cultũ superstitiõis quẽ populus ei exhibebat cõminuit eum in puluerẽ rex iuda.

Quia historie sibi super h̃ ↄtradicũt. ideo nomen regis nõ ponitur. qd tñ post determinabitur.

De scopulis torrentium qui gestierũt. Capitulum. XXIX.

INde profecti ꝑ aliq̃s mãsiones venerũt ad torrentẽ zareth. quem transierũt siccis pedibꝰ vt mare rubrum. Quẽ relinquentes castrametati sũt cõtra arnon. Qui vt ait iosephꝰ fluuiꝰ est a mõte arabie descendẽs: ⁊ ꝑ desertũ fluens in stagnum asphaltidem erũpit: diuidens moabitidem ⁊ armoricã. Quidã volũt armoricã ciuitatẽ esse q̃ est in deserto. et prominet in finibus amorrei. De hoc transitu israel ꝑ terraꝫ illã ꝓsequit liber numeri in hũc modũ. Unñ dicit in libro belloꝝ dñi. sicut fecit in mari rubro sic faciet ĩ torrẽtibꝰ arnon. Scopuli torrentiũ inclinati sunt vel gestierũt: vt requiescerẽt in arnon. et recumberẽt in finibꝰ moabitarũ. Hunc locũ sufficienter expositũ non memini me legisse. Augꝰ. dicit forte fuisse librum sic vocatũ apud chaldeos. Unñ egressus abraã erat vel apud egyptios: apud q̃s sapientiã didicerat moyses. in q̃ de hoc trãsitu ꝓphetatũ fuerat. Ut aũt fines inter duas gẽtes ibi ↄstituerent bello actũ fuisse putãt. qd ꝓpter magnitudinẽ sui bellũ dñi vocatuꝫ est. qd bellũ liber ille ↄscripsit. Quidã dicũt historiã totam de filiĳs israel dici librũ bellorum dñi. in qua frequenter dicit dñs ꝓ eis pugnasse. Et maxime dicũt hebrei in terra illa amorreos manu potẽti hebreoꝝ fuisse deletos. et isti legũt dicit: ꝓ dicet. qr etiã in hebreo ita est. Sup hoc dicet in retractatiõibꝰ belloꝝ dñi: et legit sic. Unde. id ẽ de arnon. dicit. id ẽ dicet. et fiet memoria in libro bellorum dñi. i. in historia ista cũ leget a posteris. Fiet autẽ mẽtio de ea talis. Sicut fecit dñs in mari rubro ꝑdendo egyptios. sic faciet in torrentibꝰ arnon perdẽdo amorreos. Moyses dixit. Futurũ faciet: nos dicimus p̃teritũ sic fecit. Qd etiã sequitur. Scopuli inclinati sũt ⁊c. Similiter ambigue exponit. Tradũt hebrei immensam multitudinẽ amorreoꝝ in cõuallibꝰ torrentiũ ⁊ scopuloꝝ arnon posuisse insidias israelitis. vt trãseuntes incautos ꝑimerẽt. dñm vero latitãtes oppressisse rupibus hincinde inclinatis. ita vt labẽtia scopulorũ extenderent in arnon. ibiqꝫ requiescerent id ẽ finiret. Fuerunt q̃ dicerẽt describi situm arnon. qr cũ scopuli p̃rupti ⁊ altissimi sint ĩ deserto. paulatim inclinant hũiliãdo donec requiescant. i. finiãt iuxta arnon. Potuit esse vt aliq̃ scopuli montiũ maioꝝ ⁊ minoꝝ corã israelitis inclinati sũt vt de facili transirẽt. qd forte erat p̃dictũ in benedictione ioseph. ibi. donec veniret desideriũ colliũ eternoꝝ. Et forte de eodẽ dixit dauid. Mõtes exaltauerũt vt arietes ⁊c.

Montis ruina decidẽs qd ĩ niue aliq̃ videtur. ⁊ a labendo labentia dicit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

De cantico ad puteum
Capitulum.XXX.

Ex eo loco appa
ruit eis puteus.id est ex hoc lo
co venerũt in aliũ locũ:vbi mon
strãte dño foderũt puteũ. Vñ subdit. Quia
hunc puteũ foderũt pncipes duces multitu
dinis i datore legis.i.in dño. Hoc tñ in he
breo nõ legit. Et ascẽdit aq̃ de puteo donec
sup redundaret. Forte in signũ q2 exinde pu
gnarẽt.7 hostes supgrederẽt in hũc modũ:7
obruerentur. Quo viso cecinit israel carmen
istud.ascẽdat puteꝰ 7c.

De morte seon regis amorreorũ et og re
ge basan. Capitulum.XXXI.

Egressus po pulus inde p
aliq̃s mansiones puenit vsq3 in
bamoth. Nec est nomẽ hoc mã
sionis:s3 ẽ vallis in regione moab:in vertice
phasga.i.iuxta mon
tẽ illũ.vel forte adeo
mons ille magnꝰ est
q in vertice h3 colles
7 valles. Inde misit

Exponit quod dixe
rat vallis in vertice
phasga

israel nũcios suos ad seon regẽ amorreoru3
vt transitũ ei p terrã suã cõcederet. Qui no
luit. imo cu3 exercitu
egressus ei obuiã in
desertũ pugnauit cũ
israel. et pcussus est
in ore gladij.id est in
instantia. Josephus

Vel saltẽ circa terrã
suã:sic fecerat esau et
moab. quod legitur
in deuteronomio.

dicit plurimos ex eis siti perijsse,alios ruen
tes ad fluuiũ iaculis terre cõfixos. fugientes
ad menia fundibularijs preuentos. Occisus
est ergo seon:tulitq3 israel omẽs eius ciuita
tes ab arnon vsq3 iaboch. inter quas caput
regni erat esebon: et
habitauit in eis. Di
cit iosephꝰ hãc terrã
inter tria flumia sitã
q̃si naturã insule ha

Ciuitates sũt quarũ
altera ẽ caput regni,
altera finis.

bentẽ 7 opulentissimã. Arnon fluit a meri
die,iaboch a septẽtrione.q̃ in iordanẽ descẽ
dit:cui 7 nomẽ tradidit iordanis ab occiden
te. Cũq3 trãsisset israel fluuiũ iaboch:7 ascẽ
deret p viã basan:occurrit ei og rex basan in
ezrai.quẽ pcusserũt cũ populo suo vsq3 ad in
ternitioẽm 7 possiderẽt terrã eiꝰ. Tũ terra hec
quã habuerũt vltra iordanẽ nõ fuit de terra
pmissionis.qd patet.q2 moyses hãc intrauit
Profectiq3 castrametati sũt i cãpestribꝰ mo
ab.vbi trãs iordanẽ hiericho sita est.

De itinere balaam 7 q ei locuta est asina.
Capitulum.XXXII.

Videns balac fi
lius sephor q̃ tũc rex erat i moab.
q̃d fecerãt amorreo: timuit 7 asci
tos seniores madiã q̃ primi regꝰ eiꝰ erãt 7 ami
ci cõsuluit q̃d facto opꝰ esset dicẽs. Populꝰ
hic delebit nos: sicut solet bos herbas vsq3
ad radices carpere. Misitq3 eo7 consilio ad
balaam filiũ beor ariolũ q̃ habitabat super
flumen amonitarũ vt veniret 7 malediceret
pplo huic. Audierãt eñ q bñdictus erat cui
bñdicebat balaam:7 maledictꝰ cui maledice
bat. Audierãt etiã q israel nõ vincebat i ar
cu 7 gladio:sed orõne fusa ad deũ suum. Vi
sumq3 est eis cõmodũ execratiõibꝰ ɔ orõnes
dimicare. Cũq3 venissent ad balaam seniores
moab 7 madian ferentes munera diuinatio
nis in manibꝰ.causamq3 vie exposuissent.di
xit eis balaã. Manete hic hac nocte donec
videã q̃d dixerit mihi dñs. Dñi eñ pphetaz
se mentiebat.lic3 in sacrificãdo cõsuleret de
mones. Forte demonẽ q̃ sibi loquebat dñm
vocabat. Dixitq3 ei dñs in nocte curã popu
li sui gerẽs. Nõ eas cũ eis:nec maledices po
pulo huic:q2 bñdictꝰ est. Mane surgẽs ba
laam dixit se phibitu3 a dño. Rursum misit
ad eum balach viros plures 7 honoratos.
muneraq3 maiora 7 ampliora,pmisit si male
diceret pplo. Quibꝰ ait balaam. Si dederit
mihi balach domũ suã plenã auri:nõ pote
ro mutare verbu3 dñi. Obsecro manete hic
etiã in hac nocte. Et ait dñs ad eum nocte.
Surge vade cũ eis.ita dũtaxat vt qd pcepe
ro tibi facias. Mane strata asina,pfectus est
cũ eis. Et iratꝰ est dñs ei:stetitq3 angelꝰ dñi
gladio euaginato in via ɔ balaã. Mutaue
rat eñ ppositũ 7 captꝰ cupiditate,pmisso7 di
sponebat quõ populo malediceret:lic3 phi
buisset dñs. Josephꝰ videt velle q dñs ira
tus q̃si ironice dixerit ei. vade cũ eis. Quod
quia nõ intellexit obstitit ei angelus. Cũ au
tem vidisset asina angelum: quẽ tñ balaam
nõ videbat:timens deuiauit in agrũ. Quam
cum verberibꝰ reduxisset balaam ad semitã.
iterum stetit angelus in angustijs maceria





Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

rum quib⁊ vinee cingebant: timēsq́ʒ asina iū-
xit se parieti et attriuit pedē sedentis. At ille
verberabat eā. Iterū stetit angelus in loco
angusto vbi nec ad dexterā nec ad sinistram
poterat deuiari. Timensq́ʒ asina: cecidit sub
pedib⁊ sedētis. Qui cū vehementi⁹ fustib⁊ ce-
deret latera eius: aperuit dn̄s os asine: et ait
Cur ꝑcutis me ecce iā tertio. Qui rn̄dit. Il-
lusisti mihi: vtinaʒ haberē gladiū vt ꝑcuterē
te. Assuetus iste mōstris ad vocē asini nō ex-
pauit. Protin⁹ aperuit dn̄s oculos balaam
viditq́ʒ angelū stantē ī via cū gladio: ⁊ ado-
rauit eū. Cui angelus. Peruersa est mihi via
tua. et nisi asina declinasset occidisseʒ te. Cui
balaam. Peccaui. et nūc si via mea tibi ē cō-
traria: reuertar. Cui angel⁹. Vade. sed caue
ne aliud q̄ꝫ p̄cepero tibi loquaris.

De ariolathesi balaam ⁊ eius ꝓphetia.
Capitulum. XXXIII.

**Cum ergo iret**
balac occurrit ei in extremis fini-
bus moabitarū. magnifice susci-
piens eū dedit ei munera. Cui cōtestat⁹ ba-
laam ait. Nō potero loqui nisi qđ posuerit
dn̄s in ore meo. Ascenderūtq́ʒ pariter excelsa
mōtis: vn̄ extremā ꝑtē ꝑpl'i intuebant. Abe-
rāt aūt ab exercitu dn̄i stadijs. lx. Dixitq́ʒ ba-
laam ad balac. Edifica hic septē aras ⁊ para
totidē vitulos: et eiusdē numeri arietes. Cūq́ʒ
imposuissent ambo vitulū ⁊ arietē super
arā: dixit balaā regi. Sta iuxta holocaustū.
vadā si forte occurrat mihi dn̄s. ⁊ qđ iusserit
loquar tibi. Cūq́ʒ abisset: posuit dn̄s verba
in ore ei⁹. Qui rediēs corā oib⁊ assumpta pa-
rabola. vel incepta rōne sua. vt hebre⁹ habet
ait. Quō maledicā populo cui bn̄dixit dn̄s.
Habitabit solus inter gentes: et nō reputa-
bitur. i. singularis erit p̄ oib⁊ ⁊ innumerabilis
Moriat anīa mea morte iustoꝝ: et fiant no-
uissima mea hoꝝ similia. Cōtristatus balac
ait. Quid est qđ agis. Duxitq́ʒ eū ad aliū lo-
cum excelsum montis phasga. Unde aliam
partē populi videre possʒ. ẜm errorē gētiliū
putans omnia locis inesse et tꝑib⁊. et deū si-
cut hominē posse mutari. Cūq́ʒ iuxta modū
predictū statuissent ibi septem aras: et impo-
suissent holocausta. iterum posuit dn̄s ver-
ba in ore eius: et reuertēs ait. Nō est idolum
in iacob: nec simulacrū in israel. Dn̄s deus
eius cum eo est. Non est auguriuʒ in iacob:
nec diuinatio in israel. Surget vt leo: et q̄si
leena nō accubabit donec deuoret predam.
id est terrā chananeoꝝ. Tunc ait balac. Sal-
tem nec benedicas eis: nec maledicas. Iteq́ʒ
duxit eū sup̱ montē phegor: statutisq́ʒ septeʒ
aris: impositisq́ʒ holocaustis per singulas
nō abijt balaam sicut ante vt auguriū quere-
ret. Sed eleuans oculos vidit israel cōmo-
rantem in tentorijs ꝑ trib⁊ suas. et irruente ī
se spū dei ait loquēs de se. Dixit balaam fili⁹
beor. Homo cuius obturatus est ocul⁹ au-
ditor sermonū dei. Quaʒ pulcra tabernacu-
la tua iacob. Hebreus habet ⁊ trāslatio Ori-
genis. Cuius oculus reuelatus est. Tn̄ ideʒ
est sensus. Quia dū dormiret: in somnis vi-
dit hec que dicebat. Unde ⁊ obturatus erat
oculus carnis: et reuelatus oculus mentis.
Unde et sequit. Qui cadit et aperiunt oculi
eius. Hebreus plenius habet. Qui ponit. i.
qui collocat se in lecto. Addidit etiā aperta
de saule ꝓphetiam dicēs. Tollet ꝓpter agag
rex eius et auferet regnū illius. Qđ factum
est sauli. quia pepercerat agag regi amalechi-
tarum. et post direxit verba ad populū. Qui
benedixerit tibi erit ⁊ ipe benedict⁹. qui ma-
ledixerit: in maledictione reputabitur. Cūq́ʒ
irasceret balac dixit ꝙ in discessu suo daret ei
cōsilium quid faceret aduersus populū hūc
Iterūq́ʒ assumpta parabola ait. Orietur stella
ex iacob et cōsurget virga. i. maria ex israel. ⁊
percutiet duces moab: et vastabit oēs filios
seth. q. d. vastabit totum genus humanū qđ
scʒ carnale in bonis cōteret ⁊ malos perdet.
De seth em̄ totū genus humanū est: de quo
fuit noe. Filij enim cayn diluuio perierunt.
ẜm hoc vaticinium dicit venisse magos ī iu-
deam visa stella. et tūc extitisse apud eos scri-
pta balaam sup̱ hac re. Prophetauit quoq́ʒ
ꝙ israel idumeos et amalech qui fuit princi-
pium gentium pugnantiū cōtra eos subijce-
ret sibi. Prophetauit etiam ꝙ assyrij terram
vastarēt. etiā cineos q̇ erant de fortissimo ge-
nere. scilicet de ietro. Addiditq́ʒ. Venient in
trienbus de italia: et superabūt assyrios: va-
stabūtq́ʒ hebreos: et ad extremū ipi peribunt
Monarchiā p̄dixit
romanoꝝ. et ī fine tē-
porum destructionē
eorundē. Dicit iose-
phus eum ꝓphetasse
scilicet qn̄ erant oēs
reges subiecti roma-
no imperio.
adhuc totū orbeʒ futurū eoꝝ habitaculū in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

eternum etiam insulas. Et cum pars ꝓphetie sit impleta: reliquum ꝓ certo credimꝰ implendum.

Ex amore muliercularū initiatus est israel beelphegor Capitulum. XXXIIII.

## Vrrexit balaā

s vt rediret in locum suū. Cūq; in finibus madian valediceret balac et suis: ꝯsiliū dedit eis vt ꝟgines quarū specie illudi posset castitas circa tentoria israel cū exenijs venalibꝫ mitterent. q̄ iuuenes ad se declinantes iterū sibi allicere laborarent vt eos trāsgredi leges patrias facerēt et deos colerent alienos: vt sic deo suo irato eis vel ad modicū tempus humiliarent̄. Deo em̄ eis ꝓpicio: nec bella nec pestis aliqua eos corriperēt. Fecerūtq; ita madianite. tn̄ et de moabitidis virginibus misse sunt: sed pauce. quia naturaliter sunt deformes. Eo tpe morabatur israel in sethim: et fornicatus est cū filiabꝫ moab. q̄ vocauerunt eos ad sacrificia sua: et comederūt idolothica sua. ⁊ adorauerūt deos earū: et initiatꝰ ē. i. ꝯsecratꝰ isrl' beelphegor idolo madianitarū. idolo scʒ tentiginis: quē grecia priapū dixit. Iratusq; dn̄s dixit ad moysen. Tolle cūctos ꝑncipes ꝓpl'i tui ⁊ suspende eos ꝯ̄ solē i patibulis: vt auertat̄ furor meꝰ ab israel. Forte qꝛ subditos nō corripiebāt: duces tribuū voluit suspēdi. Vel potius ꝑncipes. i. auctores huius idolatrie. Vn̄ et statim subdēs dixit moyses ad iudices isrl'. Occidat vnusq̄sq; ꝓxīos suos q̄ initiati sūt beelphegor

Exenia peregrinorū fercula. Unde xenodochium.

Initio as. nō initior Unde initio scolarē litteris.

Subintelligēda ē pena aliqua. vl' plaga a dn̄o irrogata: quā expressam nō habemꝰ.

De zelo phinees. Capitulū. XXXV

## Radit iosephus

t q̄ ꝑnceps in tribu symeon zamri filiā cuiusdā potētis madianitarū duxerat q̄ dicebat̄ corbi: q̄ vxore subēte i quadā solennitate alijs ducibꝫ deo īmolātibꝫ: n̄ ipe īmolauit. Quāobrē cū moyses ecclesiā ꝯgregasset ⁊ eos culparet: nō noīatim tn̄: qꝛ turba erat i causa. ille corā oībꝫ ꝯfessus ē se alienigenā duxisse idola colere. nec tyrānicis legibꝫ q̄s ipe sibi moyses posuerat obnoxiū ēē q̄bꝫ sub figmēto legis ⁊ dei grauiori seruitute ꝓmebat ꝓpl'm q̄ egyptij cui ꝓprium auferebat viuēdi arbitriū. et discedēs coraʒ oī turba q̄ flebat añ fores tabernaculi dn̄i intrauit tabernaculū vxoris. Mirabant̄ autē oēs q̄ mortuꝰ nō fuerat. Surgēsq; phinees filius eleazari de medio multitudīs. ⁊ arrepto pugione ingressus ē post illū lupanar. et cū inuenisset coeūtes ꝑfodit ābos i locis genitalibꝫ. cessauitq; plaga et occisi sūt. xxiiij. milia: forte a dn̄o ꝑ plagā aliquā ꝑcedētem q̄ tūc cessauit. Sʒ iosephꝰ videt̄ velle q̄ plurimi iuuenes zelo phinees accēsi. multa milia ꝓpl'i ꝑcusserunt. Locutꝰ est aūt dn̄s ad moysen. Hostes vos sentiāt madianite. ꝑcutite eos. Hoc factū ē postea cū moyses misit exercitū ⁊ ꝑcussit madianitas. Vel forte sicut ꝑcussi fuerāt filij isrl'. voluit etiā tūc dn̄s mulieres occidi q̄ subuerterāt eos.

Vn̄ in psalmo Stetit phinees ⁊ placauit: et cessauit quassatio.

Secundus numerus bellatorum.
Capitulum. XXXVI.

## Ostquam vero

p sanguis noxiorū effusus ē. dixit dn̄s ad moysen et eleazarū. Numerate summā filiorū israel q̄ ad bella possunt ꝓcedere a viginti annis ⁊ supra per domos et cognationes suas. Fecerūtq; ita: et inuenti sūt. dc. M. ⁊ M. dcc. ⁊ xxx inter q̄s nullus fuit eorū q̄ numerati fuerant a moyse et aarō preter iosue ⁊ caleph. Et ait dn̄s. Istis diuidetur terra. pluribus maiorē partem dabis. ⁊ paucioribus minorem. Quod nō est intelligendum de tribubus vel familijs: sed de domibꝫ. Terra enim eque diuisa

Sic cōtinuabimus capitulū istud. postq̄ ꝑ malicia ipsorum dn̄s iam oēs deleuerat q̄ supra numerati erant apti pugnare ⁊ postq̄ multo tpe pro diffidentia sua errauerant in deserto ꝓcepit dn̄s d' nouo numerari aptos i bello

Sorte distribuenda eque diuidenda sunt ne forte ineq̄lit' sors daret pluribꝫ partem minorē ⁊ ecōuerso.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

ꝭm sortes data est tribub⁹.et q̄libet trib⁹ sorte equales ꝑtes dedit familijs. familie vero iuxta numerū capitū domib⁹ diuiserunt sine sorte maiores ⁊ minores portiones. Numerati sunt q̄ꝫ leuite a mēse vno ⁊ sup̄.xxiij. milia generis masculini.

Reduc ad memoriaz qđ supra distinctuz ē inter tribū. familiam. et domum.et intelliges quod đr.qđ al's nō est intelligendū.

De iure successionis hereditarie.

Capitulum.XXXVII.

d Omus autē salphaat q₂ nō reliquerat filiū nō ē numerata. Audiētes aūt q̇nqꝫ filie ipi⁹ ꝙ numeratis daret̄ terra:steterunt ad ostiū tabernaculi corā moyse ⁊ eleazaro ⁊ tota multitudine:et dixerūt. Pater noster mortuus est in deserto:nec ꝑ pctō suo:nec habuit mares filios.cur tollit̄ nomē eius de familia. Date nobis possessionē inter cognatos nr̄os. Quarū causam retulit moyses ad dominū:qui ait. Justam rem postulāt filie salphaat. Ad filios aūt israel loq̄ris. Homo si mortu⁹ fuerit absqꝫ filio:ad filiā transibit hereditas:qđ vsqꝫ hodie ꝯsuetudo obtinet. Et si nec filiā habuerit:trāsibit ad frēs eius. Et si nec frēs habuerit:trāsibit ad patruos. Et si nec hos habuerit:trāsibit ad eos q̇ ꝓximi sūt

De substitutione iosue.

Capitulum.XXXVIII.

d Jxit quoqꝫ dominꝰ ad moysen. Ascende in montem abarim ⁊ cōtemplare terram quā datur⁹ sum filijs isrl':et post ibis ad populū tuū. Nō em̄ intrabis eā. Cui moyses. Prouideat dn̄s deus spirituū oīs carnis hominē q̇ sit sup̱ multitudinē hāc:ne sit popul⁹ dn̄i sic̄ oues sine pastore. Cui dn̄s. Tolle iosue ⁊ statue eū corā eleazaro ⁊ oī multitudie. et impone manū tuā sup̱ caput ei⁹ vt audiat euz sic̄ audiuit te oīs synagoga filioꝝ isrl'. Fecitqꝫ moyses vt dn̄s ip̄auerat. cognitqꝫ vniuersa multitudo ꝙ iosue p⁹ mortē moysi antecederet eos. Utrū aūt tūc vel post ascēderit moyses vt videret terrā certū nō est.sꝫ certum ē ꝙ ascēdit:⁊ ꝑtē terre videre potuit. Et si totā vidit:miraculose factū est.

De libaminibus. Capi.XXXIX.

p Recepitqꝫ dominꝰ moysi de iugi sacrificio.et de sacrificijs legaliū solēnitatū. Sꝫ q₂ nō offerebat̄ hostia sine libamētis suis:đ his breuiter p̄mittendū est. Libamen vel libamentū erat simila oleo glutinata et vinū q̇ cū hostia adolebant̄.vt scꝫ q̄si panis ⁊ vinū ⁊ caro dn̄o offerent̄. Cuiqꝫ vero hostie ꝓpriū libamen determinatū erat. Pro agno simile decima ꝑs ephi.vini quarta ꝑs hin vel ephi offerebat̄. Erant aūt ephi ⁊ chorus mē sure aridorum.hin ⁊ batus liquidoruz. Pro vitulo de simila tres decime.de vino media ꝑs hin. Et forte tres decime erant integre de tribus ephi.vel đ vno ephi.

Chor⁹ em̄.xxx.ꝯtinet modios.ephi tres aridoꝝ.hin ⁊ batus liquidoꝝ.ꝑ̇us tollebatur decima.

Jterū nouē ꝑtes decimabant̄:et tertio decimabat̄ reliquū. ⁊ sic erāt tres decime vni⁹ ephi. Pro ariete de simila due decie de vino tertia ꝑs hin. Eadē erāt libamenta hirci. Si qn̄ legas.ꝑ agno de simila dari decimā decime: intelligēdū ē de ꝯsueta decima decimādi q̄si decimā decimatiōis.vl' decimā decimantē. Uel ip̄a decima ephi iterū decimabat̄.et hec decie decima dabat̄ ꝑ agno ꝭꝫ q̄sdā. Uel poti⁹ idē est decia decime:qđ decima ephi. Est em̄ ephi decima ꝑs chori.

De iugi sacrificio.

Capitulum.XL.

p Rius autē de iugi sacrificio videam⁹. Juge sacrificium vel indeficiens q̄tidie fiebat de sumptu publico. Mane offerebat̄ agn⁹ anicul⁹ ī holocaustū cū libamētꝫ suis vt tota die cremaret̄ ī odorē suauē dn̄o. Quo īposito sup̱ altare sacerdos cum prunis ⁊ thimiamate ⁊ lot⁹ intrabat tabernaculū:ponebatqꝫ prunas cū thimiamate sup̱ altare incēsi. et h̄ vocabat̄ ꝯsumn:atio sacrificij. Tūc etiā q̄ttuor de septē lucernis mortificabat. Jn vesp̱e ponebat̄ sil'r ali⁹ agn⁹ in eundē modū. Et intrās cū thimiamate sacerdos:accēdebat oēs lucernas.et sic tota nocte in altari erat odor suauis dn̄o. Uespertinū tn̄ sacrificiū melius erat ⁊ pingui⁹ matutino.q₂ sepe in die ꝑ̄ter illud plura imponebāt. Et inde dicebat̄ illud gratius dn̄o:q₂ pingui⁹ dicimus nos grati⁹



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

q2 mortē dñi factā vespe significabat. Hos
agnos q̇dā tradūt de sūptu tradi sacerdotū.
Josephus ꝑo de publico:q̇ etiā q̄tidianā de
sūptu sacerdotū oblationē determiat. Offe-
rebat em̄ sacerdos ī dieb9 vicis sue assarium
farine oleo mixte. ⁊ modica decoctiōe indu-
rate. medietatē mane. et medietatē vespe sup
altare. In hūc modū ecclia mane ⁊ vespe of-
fert dño laudes ⁊ cōpletoriū. vel poti9 ī pri-
ma et cōpletorio offert ꝯfessionē ad mutuo
orandū tāq̄ȝ iuge sacrificiū. q2 sacrificiū nr̄m
deo est spūs cōtribulat9 ⁊ humiliatus.

De sabbato ⁊ oblationibus eius.
Capitulum. XLI.

s

# Olennitates le
gales erāt septē. Sabbatū. neo-
menia. phase. pētecostes. festū clā
goris. festū ꝓpiciatiōis. scenophegia. Sab-
batū interp̄tat̄ reqes. ⁊ pōt dici festuȝ dñi. q2
cū alia festa instituta ⁊ noīata sint ab aliquo
euētu vel ope eoꝝ. h̄ dr̄ sabbatū. q2 de9 in eo
quieuit. Inde ē forte q2 ꝑuilegiatū ē in duo
bus. q2 in eo non licet cibū parare: nec vltra
mille passus ire. Dicit̄ aūt h̄ festū legale: non
q̇n ⁊ añ legē etiā ab exteris q̇busdā nationi
bus obseruatū fuerit sabbatū. s3 q2 sub lege
ꝑmo obseruatū ē ex p̄cepto. Ea die p̄ter iuge
sacrificiū offerebant̄ duo agni anniculi ima-
culati cū libamētis suis in holocaustū.

De neomenia. Capitulū. XLII.

n

# Eomenia sonat
innouatio lune. Neos em̄ nouuȝ
mene luna interpretat̄. Quia ergo
Iudei in legitimis suis lunationes ꝑ mensib9
habebāt ex lege. diē noue lune vocabāt kal.
legales: et erat dies ferialis apud eos. Ea die
offerebant vitulos duos. arietē vnū. agnos
anniculos septē cū libamentis suis ꝑ singu-
los. Hircūq̄ȝ ꝑ declinatiōe pcti cū libamen-
tis suis. oīa hec in holocaustū.

De phase. Capitulū. XLIII.

q

# Wartadecia die
primi mensis ad vesperū comede-
bāt agnū pascalē. et nox illa dice-
bat̄ phase. i. transit9 ꝓpter causas superi9 di-
ctas. Eadē dicebat̄ pasca. i. immolatio. Se-
quēti die inchoabat festū azymoꝝ. qđ ꝓtela-
bat̄ septē dieb9. Quoꝝ dies ꝑma ⁊ vltia so-
lēnis erat ⁊ ferialis ab oī ope seruili. Qđ eze
chiel addit de festo ꝑme diei ap̄lis. et alibi đ
decima die q̄ tollebat̄ agn9. Vñ ⁊ ꝑm9 men-
sis solet ꝯparari. vij. ī solēnitatib9. forte moy
ses cā breuitatis ꝑtrāsijt. Vel multa ad am-
pliandū cultū dei supaddita sūt. q̄ ezechiel ꝓ
seq̄t̄. sic in sabbato de portarū apertiōe ⁊ p̄ce
ꝑncipis. Post ꝑmā diem solennē. i. xvj. luna
torrebāt igni spicas recentes. et grana mani-
bus cōfricata in moduȝ farris fracti offere-
bant dño assariū vnū. cui9 pugillū vel dra-
gmā vnā adolebat sacerdos sup altare. reli-
quū erat ei9. Pro hac oblatiōe quidā puta-
uerūt h̄ festū nō solū azymoꝝ dici: sed etiā fe
stū nouoꝝ errātes. q2 legūt nisan q̄ñq̄ȝ voca-
ri mensem nouoꝝ. Ab hac. xvj. die dicit iose-
phus numerari septē hebdomadas: post q̄s
statim erat pentecostes. Alij dicūt eas nume
rari ab altera die sabbati qđ erat ī dieb9 azy-
moꝝ. q2 lr̄a historie videt̄ sic sonare. Alij ab
ipa ꝑma die azymoꝝ ne plures q̄ȝ. l. dies in-
ter pasca ⁊ pētecosten inueniant̄. In his die
bus. vij. ꝑ singulos dies offerebant̄ in holo
caustū eedē hostie q̄ etiā in neomenia cum li
bamentis suis.

De pentecoste. Capitulū. XLIIII.

p

# Entecoste sonat
q̇nquagesimus. Pentacon em̄ grece
l. latine. hebraice asarta. Vel pente-
coste. ipa quinquage
na dierū. quibus cō-
pletis imminēs vlti-
ma dies dicebat̄ fe-
stuȝ peñ. i. cōsecutiu9
vel ꝯsecutiu9. l. dierū
Fiebat autem ī me-
moriam date legis:
q̄. l. die ab exitu de e-
gypto data ē. Eadeȝ
solēnitas dicebat̄ fe-
stum hebdomadarū
q2 supputatis vt dici
ctū ē. vij. hebdoma-
dibus: ab altera die
sabbati azymoꝝ fie-
bat. Et si volumus se
qui iosephū sabbatū

Scđm hoc inuenies
Dum cōplerent̄ dies
pentecostes.

Certior sentētia est a
prima die azymoruȝ
q̇nquagesimū eē pen
tecosten. et a secunda
q̇nquagesimū esse se
cundā diē penteco-
stes in qua offerebā-
tur panes noui. sicut
secūda die azymoruȝ
grana. ⁊ ita duo dies
q̇nquagesimi legunt̄
numerati.

dicem9 h̄ ꝑmā diē solennē azymoꝝ. Dicebat̄
etiā festū ꝑmitiuoꝝ. q2 tūc de nouis frugib9
offerebantur duo panes duorū assariorū de





Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. C.5.9

alphica siccata facti ſm ioſephū ꝛ fermētati, et ideo nil ex eis ſup altare ponebať. et cū eis due agne in eſum tm̄ ſacerdotū: et nil ex eis ī craſtinū relinqui pmittebať. Erat ꝛ hoc feſtū ſeptē dierū ꝛ p ſingulos offerebanť eedē hoſtie q̄ etiā ī neomenia ꝛ dieb9 azymoꝝ cū libamētꝫ ſuis. Tn̄ videť velle ioſeph9 tūc immolari vitulos tres. arietes duos, agnos quattuordecim. Colligendarū in manipulis: ꝛ in paſca. Edendarū in panib9 et ī pentecoſten. Reſeruandarū que reſeruabantur. et de iſtis ad plus dabať q̄dragesima ꝑs ad minus decima.

Tres pmitie fruguz offerebanť domino. ſcꝫ colligēdarū. edendarū. reſeruandarū.

De feſto tubarū Capitulum. XLV.

# Rima die menſis

P ſis ſeptimi duplex erat ſolēnitas. neomenia. et feſtū clangoris vł tubarū. Vñ. Buccinate ī neomenia tuba. In q̄ buccinabāt cornib9 pecorinis. qꝛ ea die liberatus ē iſaac ne īmolareť: pecore ſubſtituto p eo. Dicebať etiā feſtū ſeptimoꝝ. vel ſabbatū menſiū. qꝛ hic ſeptim9 mēſis fere totus erat ſolēnis. Ea die pter oblatōes neomenie offerebanť in holocauſtū vitul9 vnus. aries vnus. anni anniculi ſeptē. hirc9 p pctō cū libamentis ſuis. Tradiť qꝛ ſubintroductū eſt a iudeis de cereis: vt p ignē immolationē iſaac paratā ſignificarēt. Item a moderniorib9 tranſlati ſūt cerei ad decimā diē q̄ eſt p mortuis: forte p ſpe reſurrectiōis.

De feſto propiciationis.

Capitulum. XLVI.

# Ecima die eiuſdem

D dem mēſis erat feſtū ꝓpiciatiōis. qꝛ ea die rediȷt moyſes ad eos referēs deū eis placatuz ſup offenſam vituli ꝯflatilis. Ea die ieiunabāt hoīes ꝛ iumēta et pueri ſeptēnes a veſpa vſqꝫ ad veſperā p memoria mortuorū. Vñ etiā dicebať dies afflictiōis. Dicebať q̄ꝫ dies expiatiōis. qꝛ ea die ſanguine vitule rufe expiabať tabernaculū ꝛ altare vt pdictū eſt. Et fiebat cinis ex eo ad expiatiōꝫ īmūdorū, et ipi expiabanť a peccatis illius anni per emiſſionē hirci apompeȷ. Erat em̄ oblatio diei illi9. vitul9 vnus. aries vn9. agni anniculi ſeptē. hirc9 p pctō cū libamētis eoꝝ.

Supra in exodo ca. Et ait dominus ad moyſen.

De ſcenophegia.

Capitulum. XLVII.

# Vintadecima

Q die eiuſdē mēſis erat ſcenophegia. qđ ſonat fixio tabnacłoꝝ. In q̄ per ſeptē dies habitabāt ſub vmbracuł. ī memoriā. xl. annoꝝ ī q̄b9 fuerūt in tabernacuł in deſerto. Vñ ꝛ feſtū tabnaculoꝝ dici ſolet. Protelabať aūt ſeptē dieb9. q̄ꝝ pma ꝛ vltima ſolennes erāt. Octau9 etiā dies erat ſolēnis. nō qꝛ eēt de ſcenophegia. ſꝫ qꝛ ea die ꝯueniebāt ad faciendā collectā. forte in vſus paupeꝝ: vł in alios vſus cōmunes. Vñ ꝛ ſcenophegia. q̄ñqꝫ legiť eſſe feſtū octo dieꝝ. Sed patres illi nō ſeruierūt ogdoadi. Tradiť q̄ꝫ in q̄ttuor dieb9 interpoſitꝫ a die decima vſqꝫ ad hāc hebreos obſeruare ieiunia. Tradit ioſeph9 qꝫ in his ſeptē dieb9 ferebāt in manib9 ramos mirti ꝛ ſalicis. ꝛ ſūmitates palmaꝝ. virgulas mali pſici. Fiebatqꝫ de cūctis frugib9 terre oblatio dño in grāꝝactiōem. Oblatio ꝓ ſeptem dieꝝ hec erat. Prima die offerebanť in holocauſtū vituli. xiiȷ. arietes duo. agni anniculi xiiȷ. ꝛ hirc9 p pctō cū libamentis eoꝝ. Eadē oblatio arietū ꝛ agnoꝝ ꝛ hirci fiebat ꝑ ſingulos dies ſeq̄ntes. ſed de numero vituloꝝ vn9 ſubtrahebať ī dieſ. In ſcđa. xiȷ. in tercia. xȷ. in q̄rta. x. in q̄nta. ix. in ſexta. viiȷ. in ſeptima. viȷ. In. viiȷ. q̄ erat ſolēnis offerebať aries vn9. vitul9 vn9. agni anniculi ſeptē. ꝛ hirc9 p pctō: cū libamētꝫ eoꝝ. Forte in. viȷ. dieb9 facta eſt ſubtractio vituloꝝ. vt in ſūma fierēt. lxx. ī memoriā eoꝝ qui in. lxx. aīab9 intrauerūt egyptum. Hee ſunt oblatiōes holocauſtoꝝ in. viȷ. ſolēnitatib9. ꝛ fiebāt de publico. Nō ꝓpter h̄ ceſſabat indeſinēs ſacrificiū. nec hoſtie ſpontanee vel neceſſarie. Et nota. qꝛ ille tres ſolennitates q̄. viȷ. dieb9 ꝓtelabanť pcipue dicebātur. Et ſabbatū qđ interueniebat in illis dieb9 dicebať ſabbatū ſabbatoꝝ. q̄ſi ſabbatū feſtorū. Alias feſtiuitates adiecerūt his hebrei, ꝓpter varios euētus. ſicut encenia ꝛ phurim. id eſt. feſtū heſter. ſed nō dicunť legales. id eſt. non ſunt in lege inſtitute. Nota ſolennitates prefatas tres. paſcha. penthecoſtes. et ſcenophegia dictas cerimonias a cereis. id eſt. luminaribus. vel a carie. et mene. quod eſt de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

fectus. qꝛ tunc debēt in nobis sordes defice-
cere quasi carimenie. Uel a carendo munijs
id est officijs seruilibꝫ q̄si carimonie Uel a ce
rere vbi summa veneratio p̄stita est sacris ro
manis illuc delatis vrbe a gallis capta.

De votis. Capitulum. XLVIII.

a Ddidit quoqꝫ
dn̄s de votis mulierū. Uidua
vel repudiata quicq̈d vouerint
vel in q̄ iuramento se ꝯstrinxerint implebūt.
Filia vel vxor tenent̄ ex voto vel iuramēto
nisi pater vel vir ꝯtradixerit statim vt audie
rit. Si em̄ statim ꝯtradixerit: irrite sunt pol-
licitationes earū. Ipse vero peccatū porta-
bit cum audiuit si tacuerit et postea contra-
dixerit. Uir aūt om̄e iuramentū vel votū im
plebit: nisi forte de cōtinentia.

De destructiōe madian ꝛ prede diuisiōe.
Capitulum. XLIX.

i Terū locutus ē
dn̄s ad moysen. Ulciscere filios
israel de madianitis: et sic collige
ris ad populū tuū. Armauit ergo moyses d̄
singulis tribubꝫ mille viros electos. scꝫ. xij.
milia. p̄fecitq́ꝫ eis phinees filiū eleazari. Ua
sa q̄q́ꝫ sancta ꝛ tubas ad clangendū tradidit
eis. Qui ꝑfecti hostes vicerūt. Quinq́ꝫ reges
et oēs viros eoꝝ occiderūt. vrbes: viculos ꝛ
castella flāma ꝯsumpsit. balaam q̄ꝫ interfece
rūt gladio. mulieres ꝛ ꝑuulos. pecora ꝛ oēm
suppellectilē in predā duxerūt. Dū aūt redi-
rent moyses ꝛ eleazar: ꝛ oēs ꝑncipes synago
ge egressi sunt in occursum eoꝝ extra castra.
visisq́ꝫ mulieribꝫ irat⁹ moyses dixit ad eos.
Cur feminas reseruastis. Nōne ipe sūt q̄ de
ceperūt filios israel. Interficite oēs q̄ noue-
rūt viros: et oēm masculū ꝟgines tm̄ reser-
uate. Fecerūtq́ꝫ ita: et reseruate sūt virgines
xxxij. milia. Et ait moyses. Quia peccastis e-
ritis im̄ūdi. qꝛ occidistis l' tetigistis mortuos
extra castra eritis septē dieb. et purificabimi
ni tertio ꝛ septimo die aq̄ aspersionis. Preda
etiā quā tulistis purificabit̄. Aurū ꝛ quicq̈d
trāsire ꝑ ignē pōt igne purificabit̄. Qd̄ autez
ignē nō pōt sustinere: aq̄ expiationis purga-
bitur. Dixitq́ꝫ dn̄s ad moysen. Tolle sum-
mam eoꝝ q̄ capta sūt. ab hoīe vsq́ꝫ ad pec⁹.
et diuides predā ex equo inter eos q̈ pugna
uerūt: ꝛ reliquā multitudinē. De parte vero
eoꝝ q̈ pugnauerūt separabis dn̄o vnā aīam
de quingentis et dabis eaz eleazaro. Ex me
dia vero parte multitudinis accipies q̈nqua
gesimū caput ꝛ dabis leuitis. Quo facto ꝑn
cipes exercitus accesserūt ad moysen: et dixe
runt. Recensuimus numeruz pugnatorum
quos dedisti nobis: et nec vnus quidem de-
fuit. Quamobrē offerimus in donarijs do-
mini. quod in preda auri potuimus inueni-
re. perichelides. armillas. anulos. dextralia.
murenulas. vt dep-
ceris dn̄m ꝓ nobis.
Susceperunt autez
auruz moyses et elea
zar ꝛ intulerūt illud
in tabernaculū.

A peri. qd̄ est circū ꝛ
chele qd̄ est brachiū.
dicūt̄ ꝑichelides. q̄si
ornamentū brachij.

De sorte duarū tribuum et dimidie.
Capitulum. L.

f Ilii autē ruben
et gad ꝛ dimidia tribꝫ manasse ha-
bebāt pecora multa nimis. Et vi-
dētes amorreā. basan. et galaad aptas peco
ribꝫ alendis: rogauerūt moysen vt terrā hāc
eis ꝯtraderet. Estimās aūt moyses ob timo
rem pugne ꝛ laboris h̄ eos q̄sisse malignos
eos appellauit: eo ꝙ fratribꝫ i erūna ꝯsistenti
bus ipi vellēt deliciari. Ipi ꝟo polliciti sunt
ꝙ mulieres ꝛ ꝑuulos ī tutis locis ordinarēt
caulas ouibꝫ ꝛ iumētis stabula fabricarent.
ipi ꝟo armati p̄cederēt frēs suos donec eos
introducerēt ad loca sua. Sub hac aūt cōdi
tione terrā seon regis amorreorū. ꝛ og regis
basan susceper̄t. Porro filij machir filij ma
nasse obtinuer̄t galaad. Jair ꝟo fili⁹ manas-
se occupauit vicos eius. ꝛ vocauit eos ano-
thiair. id ē villas iair.

Cathalog⁹. xlij. mansionū. Capi. LI.

p Onitur hic ca
thalog⁹ māsionū ab exitu de egy
pto. Fuer̄t aūt aī trāsitū maris ru
bri. iiij. ramesse. sochot. ethan. phiayroth. A
mari rubro vsq́ꝫ ad syna. viij. marahthelim.
iamsuph. qd̄ sonat mare rubrū. vel scirpeū.
Jam em̄ mare suph rubrū vel scirpe⁹ interꝑ
tatur. ꝛ potuit esse lacus scirpe⁹. quia hebrei
quālibet aquarū cōgregationē vocāt mare.
Post iamsuph desertum syn. defeta. halus.
raphidim. solitudo synai. A monte synai vs-
q́ꝫ ad cades. xxj. sepulcra cōcupiscentie. ase-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

roth.rethmõ.phares.lemna.rethsa.sedatha mons sepher.areda. maceloth.thaat.thare. melcha.esimona.moseroth.baneiachã. mõs gallaad.ietebata.ebrona.asiongaber cades. A cades vsq; ad campestria moab nouem. mons hor.salphana.phinon.oboth.ieabarim.dybon.gad.helmon.reblataim montes abarim.campestria moab.

De vrbibus leuitarũ et suburbanis.
Capitulum.LII.

i

Terũ locutus ẽ dñs ad moysen.et distinxit terminos terre ꝓmissionis.ab ortu ⁊ occasu.meridie et aqlone. Et noĩauit ꝑncipes tribuũ.q̃ transito iordane cũ iosue ⁊ eleazaro terrã diuiderẽt. Preceptiq; leuitas in oĩbus tribubꝫ dispersos habere.xlviij ciuitates ad inhabitandũ.et a muris forinsecus ꝑ circũitũ terrã mille passuũ obtinere:in q̃ suburbana essent ad pecora eoꝝ alẽda. Ex qbꝫ ciuitatibus sex essent refugij.tres vltra iordanẽ.et tres citra.de qbꝫ in deuteronomio dicet̃.

De matrimonio cõtribulum.
Capitulum.LIII.

a

Ccesserunt aũt filij machir filij manasse ad moysen ⁊ dixerũt. Filie salphaat fratris nr̃i hñt nobiscũ sortẽ ex ꝑcepto dñi. Si ergo nupserint viris tribꝫ alteri⁹. qꝛ filij earũ sequent̃ tribũ pr̃is.minuet̃ hereditas nr̃a et sortiũ distributio ꝯfundet̃ ĩ iubileo. Occasione g̃ filiarũ salphaat.lex hec ꝓmulgata est a dño ꝑ moysen. Oẽs viri ducant vxores de tribu et cognatione sua vt hereditas ꝑmaneat in familijs:ne cõmisceant̃ tribꝫ.sed maneant vt a dño seꝑate sunt ⁊c̃.



Historia deuteronomij. Capitulũ.I.

q

Uinta et vltima distinctio hui⁹ historie dr̃ elledebarim: qd̃ sonat. Hec sũt verba. Grece aũt dr̃ deuteronomi⁹.i.secũda lex. Deuteron eñ scd̃a nomia lex. Ex hoc noĩe q̃dã errãtes dixerũt duas esse leges. Unã datã a deo:q̃ in ꝑcedẽtibus libris cõtinet̃. Alterã datã a moyse:q̃ in h̃ libro. Attendẽtes in assertionẽ sui erroris.qd̃ de illa legit̃ supra. Locut⁹ est dñs ad moysen et ad oẽm israel. De ista dr̃. Locut⁹ est moyses Ad hec dicebãt q multa hic legũtur que nõ supra.quedã q̃si cõtraria.qd̃ non fieret si hic esset ꝑdictoꝝ repetitio. Veri⁹ sentiendum est.qꝛ hic penthateucus nõ est nisi lex vna.q̃ etiã ab apostolo ⁊ alijs sepe vocatur lex moysi q̃ lex dei. Hebreus etiã vocat hos q̃nq; libros thorath.id est legẽ. nec ob aliud dr̃ liber hic lex scd̃a.nisi qꝛ predicta hic iterant̃:q̃si lex iterata. Iterant̃ etiam hic tria: tribꝫ de causis.ꝑterea ⁊ ceremonie ad cõmendationẽ memorie ⁊ ipoꝝ cõfirmationẽ. Beneficia dei ad roborandã dilectionẽ dei in illis. Flagella que sustinuerunt murmurãtes ad incutiendum timorẽ. Si vero in hac iteratione videtur aliqua ꝑdictis inesse cõtrarietas in superficie verborũ:in intellectu tñ nulla est. Fuerunt etiã qui dicerẽt hũc librũ factũ a iosue transito iordane.qꝛ legit̃ in ꝑncipio. Hec sunt verba que locut⁹ est moyses trans iordanem. Pro situ eñ terre ꝓmissionis sacra scriptura dicere consueuit:vltra iordanem vel citra. Dicitur tñ liber moysi.vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

iosue, quia quod moyses verbo tradidit: iosue redegit in scripto. Videt̄ etiam Hieronymus velle q magnā iosue huius libri scripserit partem. Verius videt̄ esse q scriptus sit a moyse, et loquit̄ moyses de se tanq̄ de alio. Vel hoc in principio apposuit esdras: sicut ꝛ in fine de morte moysi. presertim cum circa finem libri legatur. Scripsit moyses legē hāc Et paulo post. Postq̄ scripsit moyses legis hui⁹ in volumine: p̄cepit leuitis. tollite librū istū et ponite in latere arce federis. Legit̄ q̄z longo tempore post inuentus in hierusalez deuteronomius in arca.

Epilogus cum additionib⁹ ꝛ determinationibus. Capitulum. II.

## Quadragesimo

erat penuria aque in hierl'm. Dauid aūt ascē derat in arcē ad cōsulendū dn̄m: ⁊ cōmenda bat coram astantibus aquā de bethleē: ⁊ pci pue eā que erat in puteo iuxta portam. Tunc isti tres p mediū hostium iter facientes vene runt ad bethleē ⁊ hauriētes aquaz: denuo ad regē p eorū castra reuersi sunt: ita vt palestini fiduciam eoruz obstupescentes a dimicatio ne cessarēt. Delatam siquidem aquaz rex noluit bibere dicēs. Nunquid sanguinē istorū et animarum periculuz bibam Et effudi eaz tanq̄ liba men domino ƌ salu te viroꝝ gr̄as agens. Ab hac enumeratione fortiū hebreus dissentit numerans tm̄. xxxvj fortes: ⁊ in trib⁹ pmis q̄s fortissimos dixim⁹ numerat ipm dauid sic. Dauid sedens in ka thedra sapientissimus pnceps inter tres ipe est q̄si tenerrim⁹ ligni vermiculus: et cetera q̄ non mutant Et dicit multos eū occidisse im petu vno: q̄z p peccato qđ impetuose fecit in bethsabee multi occisi sūt. Compatur aūt da uid vermiculo ligni: q̄ teredo vl' terebella dr̄ q̄ mollis durū lignū pforat: dum tāgitur nil molli⁹ illo: q̄n tangit nil duri⁹. Sic et dauid in pressuris et domi et circa subiectos man suetior erat ceteris: in throno et cōtra hostes null⁹ eo acutior. Et cōmēdatur hic dauid in tribus. in sapientia. humilitate. ⁊ fortitudine Porro reliq̄. xxx. q̄s fortes dixim⁹ postea enu merantur inter quos non enumerat ioab: vl' q̄z pnceps est aliorū: vel quia indignus ꝓpter mortē abner ⁊ amase.

Sup locum istum di cit Hieronym⁹ in pa ralipomenō. Notan dum q̄ vinuz qđ deo offerebatur aqua mi xtum erat.

De numero ppl'i et altari erecto a dauid Capl'm. XXIIII.

# f Actum est autē

post famē prius imissam a domi no addidit furor dn̄i irasci ɔ israel Furorē dn̄i videtur quasi exponere paralip pomenon dicens. Consurrexit sathan aduer sus israel: et incitauit dauid vt numeraret po pulū Et ait rex ad io ab. Perambula om nes trib⁹ israel: ⁊ nu mera populuz vt sci am numerum eius. Intelligens autem

Hebre⁹ dicit sic. Jam dn̄s sūpsit vindictam ƌ dauid propter mor tem vrie in psecutione filij sui absalon. s̄z nō

ioab ꝙ ꝺ elatione h diceret ait. Adaugeat deus ad populuz tuum: ſ; ꝗd ſibi vult domin⁹ rex in hac re quaſi diceret vide ne offendas dominuz. Cũq; nollet rex mutare ꝓpoſitũ. Egreſſus ẽ ioab ⁊ ꝑnceps militum et numerauerunt populum: et redierunt poſt nouẽ mẽſes ⁊ viginti dies in hieruſalem cũ deſcriptione redacta ĩ ſcriptis: ⁊ inuẽta ſũt de iſrael octingenta milia virorũ fortiũ. et de iuda. l. milia pugnatorũ. Beniamite dicunt᷑ non fuiſſe numerati adhuc: quia pauci erant. In paralippomenõ longe plura leguntur ſc; mille milia ⁊ centuz ⁊ credit᷑ ioab ſubticuiſſe regi partem populi. Peccauit autẽ dauid in duob᷑: ꝙ ſuperbe numerauit. et quia quiſq; numeratorũ non reddidit pecuniã dño: q̃ttuor ſc; ſiclos argẽti ſicut ſcriptum eſt in lege moyſi. Qꝺ attendẽs dauid ait ad dominum Obſecro domine transfer iniquitatez ſerui tui: q2 peccaui nimis. Diluculo miſit ad eum dñs gad prophetaz: tres ſupplicij ↄditiones portantem. Qui ait. Aut ſeptem annis veniet tibi fames in regno tuo aut tribus menſib᷑ fugies aduerſarios tuos aut trib⁹ dieb᷑ erit peſtilentia in populo tuo Et ait dauid. Coartor nimis. q. d. Si famez eligo: pauperũ erit ſupplicium non diuitum Si victoriã hoſtiũ ſuppliciuz erit exercitus et nõ meũ: qui circũuallabor fortiſſimis. Eligam ergo cõmunẽ plagã regi et plebi. Melius eſt enĩ vt incidã in manus dñi miſericordis q̃; in manus homis. Miſit ergo dñs peſtilentiã in iſrael de mane vſq; ad tempus cõſtitutum. id ẽ vſq; ad horam prandij ſm Joſephũ: vel vſq; ad horaz ſacrificij veſpertini ſm alios. et mortui ſunt de populo extra hieruſalẽ ſeptuaginta milia virorũ. In paralippomenon legitur fere trecenta milia. Et aiũt hebrei ibi poſituz numerũ plebis: hic aũt numerũ nobiliũ. Porro cũ extendiſſet angelus percuſſor manũ ſuã ad hieruſalem: vt diſperderet eam: et ſtaret iuxta areã areuma iebuſei qui et ornan dicit᷑ vidit eum ſtantẽ dauid gladio euaginato ⁊ clamauit. Ego ſũ qui peccaui. iſti ꝗ oues ſũt quid fecerunt. Uertatur obſecro manus tua ↄtra me ⁊ contra domũ patris mei. Et miſert⁹ dñs ait ad angelũ. Sufficit: contine manũ tuã. In illa die dixit gad ad dauid. Conſtitue altare dño in area areuma iebuſei. ⁊ aſcendens dauid dixit ad areuma. Uẽde mihi aream tuã vt edificem ibi altare dño et ceſſet interfectio. Qui reſpondit. Accipiat eam dñs meus gratis. Habeat q̃; boues in holocauſtũ: et plauſtra: et iuga boum in vſu lignoruz. Et ait rex. Nequaq̃;. ſed emam precio: et offeram dño holocauſta gratuita. Emit ergo dauid aream ſexcẽtis ſiclis auri: vt in paralippomenõ legitur: et boues argẽti ſiclis q̇nquaginta: ⁊ edificauit ibi altare domino ⁊ obtulit holocauſta ⁊ pacifica: et ꝓpiciatus eſt dñs terre. Hic eſt mons moria vt aiunt hebrei in quo abraam voluit offerre filiũ: ⁊ obtulit arietẽ ꝓ eo. Ea tempeſtate tabernaculũ ⁊ altare qꝺ fecerat moyſes erãt in excelſo gabaon: l; arca eſſet in hierl'm. Cũq; ꝓphetaſſet gad templũ ibi futurũ decreuit dauid vt ille locus vocaret᷑ area populi.

In exodo enĩ ſcꝑtũ ẽ Quando tuleris ſummam filiorum iſrael. iuxta numeruz dabũt ſinguli ꝑcium pro animab⁹ ſuis dño ⁊ non erit plaga in eis.

Sequuntur tituli capitulorum in hiſtoriam regum tertij.





Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

Tertij regum De vnctione salomonis in
regem. Capitulum.I.

I Ncipit scd'z
hebreos malachym quod
sonat regum: quia lz in p̄-
cedenti opere actum sit de
duobus regibus hebreo-
rum: non simul regnātibꝫ:
tamen quia in isto opere agitur d̄ regibus q̄
simul regnauerūt i iuda ⁊ in israel merito re-
gum dicit. Et rex dauid senuerat Cumqꝫ ope
riretur vestibus non calefiebat: et inuenerunt
ei abysag sunamitē puellaz pulchram nimis
que dormiebat cum rege: ⁊ calefaciebat eum
et ministrabat ei. Rex ꝟo non cognouit eam.
Adonias autē quartus filius dauid cū esset
ṗmogenitus iter supstites filios regis: fidu-
ciā habuit regnandi: ⁊ fecit sibi currus ⁊ equi
tes: nec corripuit eum pater et sermo eiꝰ erat
cum ioab ⁊ abiathar sacerdote. Alij ꝟo mini
steriales regis et robur exercitꝰ non erāt cuz
eo. Preparauit autē adonias solēne cōuiuiū
in orto regali iuxta fontē rogel: et vocauit fili
os regis et seruos. robustos autem ⁊ sibi nō
fauentes ⁊ salomonem nō vocauit. Nathan
autem monuit bethsabee vt intraret ad regē
et posuit verba sua in ore eius. Que ingressa
ad regē ait. Domine mi tu iurasti ancille tue.
Salomō filius tuus regnabit post me: ⁊ ec-
ce nūc adonias regnat te ignorante. Cumqꝫ
alijs vocatis ad cōuiuiū filium meū non vo
cauerit scio ꝙ cum dormieris cum patribus
tuis: ego ⁊ filiꝰ meꝰ erimus peccatores. id est
iudicabimur morte digni: ego vt adultera: il-
le vt adultere filius. Adhuc ea loquente itra
uit nathan et ait. Dn̄e mi rex dixisti tu. Ado-
nias regnet post me: ⁊ non indicasti mihi ser
uo tuo. Et ait rex ad bethsabee. Viuit domi-
nus qui eruit animā meā ab omni angustia:
quia sicut iuraui tibi sic faciaz hodie Et dixit
ad sadoch et nathā et bananiam. Tollite vo
biscum ꝟuos domini vestri: ⁊ imponite salo-
monem filiū meū sup mulam meā: et vngant
eū in regē sadoch ⁊ nathan ad fontez geon et
canētes ponite eū sup soliū meuz. Et respon-
dit bananias: amen. Sūpsit aūt sadoch cor-
nu olei de tabernaculo ⁊ inunxit eū: ⁊ cecine-
rūt buccina: ⁊ dixit oīs pplꝰs Viuat rex salo
mon et insonuit terra a clamore eoꝝ: et seden
te salomone sup thronuz: adorauit dauid in
lectulo suo deū q̄ dederat ei sedentez in solio
in oculis suis. Porro adonias et inuitati ab
eo cū estimarēt tumultū ortuz in ciuitate: cu-
currit ad eos ionathas filius abiathar indi-
cans eis q̄ facta fuerant: et abijt vnusq̄sqꝫ in
domū suā. Adonias aūt timens salomonem
abijt in tabernaculum: ⁊ tenuit cornu altaris
thimiamatis: dicens se non egressurum: nisi
rex iuraret ei de vita cōseruanda: et iurauit ei
salomon dicens. Vade in domū tuā.

De secunda vnctione Salomonis.
Caplm. II.

V Olēs aūt dauid
ostēdere pplꝰ se filiū regem fecisse:
cōgregauit in israel principes vni
uersos: sacerdotes ⁊ leuitas: et inuncto iterū
salomone: ⁊ confirmato ab omnibꝫ regno sa
lomonis corā omnibꝫ p̄cepit salomoni de le-
gum custodia: ⁊ iusticia: et pietate. Et p̄cepit
vt edificaret templū dn̄o dicens se iam p̄pa-
rasse ei auri decem milia talēta. argēti ꝟo cen
tum milia. ferri ꝟo ⁊ eris supra numerum: la-
pidū qꝫ ⁊ lignoꝝ maximaz copiam. Leuitas
qꝫ diuisit in tres ordines: in aaronitas: moy-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

seitas ⁊ leuitas Aaronitas quocꝫ diuisit per generationes et inuenit de eleazar.xvj. et de ythamar.viij. Et elegit ex vnaquaqꝫ illarum vnū pontificē: ꝑcipiens vt singuli ministrarent a sabbato in sabbatum. sadoch tamen ⁊ abiathar ꝑessent vniuersis. Et proiecerūt sortem coram rege de hebdomadibꝰ ordinādis De leuitis ꝟo instituit curatores fabrice templi.xxiiij. alij habēt.xxiij.milia. Hi dicti sūt nathinnei. Judices autem populi ⁊ scribas sex. ianitores autem domꝰ dei septez alij habent q̄ttuor milia: ⁊ totidez qui hymnos dicerēt. Post hec diuisit exercitum in cohortes.xij. Habebat autē cohors.xxiiij. milia: quā ꝑcepit salomonē obseruare ꝑ trecentos dies Moyseitas ꝟo aliquātū honorauit Fecit enī eos custodes thesaurorū dei: ⁊ vasorū que reges deo dicare cōtingeret: ⁊ collecte ecclesie omnē dispositionē suaz indicauit deposcens filios suos vt non grauiter ferrēt minimū. id est salomonē inter eos sublimatū quia deus sic mandauerat sicut ⁊ ipse dauid minimus inter fratres inunctꝰ fuerat. Descriptionem ꝟo omnē et constitutionē edificij tēpli omnibus suadentibus salomoni tradidit Sed ⁊ tunc oblationis ꝓmitias faciēs tria milia talentorū auri obtulit ad aditum ⁊ currum dei faciendū: in quo ⁊ cherubin esset sub quo ꝯstituerunt arcaz. Principes vero ⁊ sacerdotes ⁊ leuite ⁊ seniores populi obtulerunt auri talenta quinqꝫ milia: ⁊ stateres decem milia argenti ꝟo decē milia: ⁊ lapides ꝓciosos plures quorū custodiam habuit ꝓnepos moysi iabes vel iabius vt dicunt alij.

Qui erat d̾ genere hely obtinebat primatū

Currum dicit cybureum. id est coopꝛtoriū. Cibureū.iiij. colūnis erectuz: sub quo arca et cherubin essent: vt fit in multis locis supra corpa sanctoꝝ.

De morte dauid. Ca.III.

Appropinquauerunt autem dies dauid vt moreretur: ⁊ iterauit salomoni mādata d̾ cultu dei ⁊ lege seruanda: ⁊ pietate et iusticia circa suos: memorās ꝓmissionē dei sibi factā de semine suo iugiter regnaturo si custodierint filij testamentū eius: ⁊ testimonia q̄ doceret eos. Tria ꝟo superaddidit de ioab: et filijs berzellai: ⁊ de semei dicēs. Nosti q̄ ioab fecerit per inuidiaz duobꝰ principibꝰ abner ⁊ amase: quoꝝ sanguinem effudit belli in pace id est sanguinē q̄ non debet fundi nisi ī bello fudit tꝑe pacis: ⁊ eoꝝ cum quibꝰ habebat pacem: ⁊ posuit cruorem ꝑlij in baltheo suo: ⁊ ī calciamento suo. i. cruor nō est respersus suꝑ arma ipiꝰ: q: cū eis non dimicauit. sed suꝑ vestes eiꝰ q̄n pacifice eis loquebat̃. Et ē sensus Non vi sed dolo occidit eos. Vel aliter. Viri bellatores insignia operū suoꝝ ī armis suis describebāt ad ostentationē glīe. Sed cuz ioab hec tanq̄ꝫ facinora ostētare publice non auderet: saltē in baltheo ⁊ in calciamento descripsit. Et addidit dauid Facies ei iuxta sapientiā tuaz ne descēdat pacifice ad inferos. Sz ⁊ filijs berzellai reddes grām ⁊ erunt cōmēsales tui. Semei q̄ꝫ iemineum q̄ maledixit mihi nō patieris esse innoxiū. Et mortuꝰ ē dauid: et sepultꝰ ē in ciuitate dauid cuz regnasset.xl. ānis. Circa tumulū eiꝰ fecit salomō.viij. loculos thesauroꝝ quoꝝ vnum post mille trecentos ānos aperuit hyrcanus pōtifex: ⁊ alium herodes sicut infra dicemus. Alij ꝟo nōdū manifestati sūt mechanice artis modo recōditi.

Quedaz scripture videnť dicere ꝙ nō manifestabuntur vsqꝫ ad tꝑa antichristi.

Incidentia.

In diebꝰ dauid kartago ꝯdita ē vt q̄dam volūt a calcedone tyrio. Vel vt alij dicunt a filia eiꝰ didone. Quintus latinoꝝ rex siluius latinus. Prophetauerunt autem sub eo nathan gad ⁊ asaph.

De morte Adonie ⁊ Joab ⁊ Semei. Caplm.IIII.

Sedit autez salomon suꝑ thronū dauid patris sui ⁊ ꝓcedente tēpore adonias supplicauit bethsabee vt impetraret a rege sibi dari abisag sunamitē in vxorē. Que cum ingressa esset ad regē: positꝰ est ei thronus ad dexteraz regis: ⁊ ait. Paruulā petitionē depcor a te: ne confundas faciē meā. Detur abisag sunamitis adonie fratri tuo vxor. Et indignatus rex ait Quare postulas h̄ a me mr̄. Postula ei et regnū. Ipe enī frater meus ē maior me: ⁊ habet secū potentes abiathar et ioab: et abisag est q̄si regina ⁊ potēs. Cōtra animā suā locu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

tus est adonias et in opprobriũ patrꝫ. Uiuit
dñs: qꝛ hodie occidetᷣ adonias. Et interfecit
eum ꝑ manũ bananie filiũ ioiade. Abiathar
q̄ꝫ sacerdoti dixit rex. Uade in agrũ tuuꝫ nec
ampliꝰ ad faciē meaꝫ ingrediaris: vir mortis
es: sꝫ h̄ te liberat. qꝛ sepe cum patre meo labo
rasti: ⁊ portasti arcā coraꝫ eo. Abiecto igitur
abiathar translatũ est sacerdotiũ ad sadoch.
et de domo ithamar ad domuꝫ eleazari: sicut
samuel p̄dixerat hely. Fuerũt aũt post finees
filij eleazari ꝓuati sacerdotio. v. Joseph qui
genuit ioathan: q̄ mareoth: q̄ asophi: q̄ achi-
tob. Achitob autē genuit sadoch. Porro io-
ab fugit in tabernaculũ dñi: ⁊ apprehēdit cor
nu altaris. Et misit rex bananiaꝫ vt aduoca-
ret eũ. Et ait ioab. Non egrediar: sꝫ moriar h̄
Q̄d cũ renũciasset bananias regi: dixit ei rex
Fac ei sicut locutꝰ ē. Et interfecit euꝫ banani
as ad cornu altaris: ⁊ sepultꝰ est in domo sua
in deserto. Et ꝯstituit rex bananiā ꝓ eo super
exercitũ. Uocauit q̄ꝫ rex semei ⁊ ait. Habita
in hierl'm: ⁊ nō egredieris inde Quacũq̄ꝫ die
transieris torrentē cedron: scito te interficien-
dũ. Qui r̄ndit. Bonꝰ ē sermo regis: sic faciā.
Et habitauit i hierl'm tribꝰ ānis. Factũ ē aũt
post hoc vt fugerēt s̄ui semei ad achis regem
geth: et descēdit semei in geth: et reduxit eos.
Q̄d cũ nũciatũ esset salomoni dixit ad eum.
Cur spreuisti iusiurādũ regis ⁊ mandatuꝫ eiꝰ
trāsgressus es. Reddet dñs maliciā quā feci-
sti patri meo in caput tuũ: ⁊ interfecit euꝫ rex
ꝑ manũ bananie: ⁊ ꝯfirmatũ est regnũ in ma
nu salomonis.

De somnio salomonis. Ca. V.

# Porro salomon

duxit in vxorem filiam pharaonis
regis egypti de qua vt aiũt hebrei
genuit filiũ quasi cōtra naturā: cũ ipe adhuc
ageret vndecimũ annuꝫ: et induxit eam in ci-
uitatē dauid. Nondũ eni sibi fecerat domũ.
Porro tria ꝓposuerat se facturũ domum do
mino: et domũ sibi: et ambire hierusaleꝫ mu-
ro triplici. Ut in ꝓmo ambitu esset templum
⁊ māsiones hebdomadariorũ. domus q̄ꝫ re-
gia cum mansionibꝫ domesticorũ. In secun-
do habitarent potētes viri ⁊ ꝓphete. Unde
infra legitᷣ de ꝓphetissa ꝙ habitaret in sc̄do.
In tertio opifices. Post hec ascēdit salomō
in gabaon vt imolaret ibi in excelso. Et cum
dicitᷣ gabaon non est ꝓprium nomen loci: sed
appellatiuũ. ⁊ iterp̄tatᷣ collis excelsus. Jose-
phus eni dicit eũ ascendisse in ebron: et obtu
lit mille hostias in holocaustũ sup altare q̄d
fecerat moyses: ⁊ apparuit ei dominꝰ per som
niũ in nocte dicens. Postula q̄d vis vt dem
tibi. Qui respondit. Dñe deus ego sum puer
paruulꝰ: ⁊ ignorans ingressum ⁊ exitũ meuꝫ.
Da ergo cor docile seruo tuo: vt possim iudi-
care populum tuũ: ⁊ discernere inter bonũ et
malũ. Et placuit s̄mo corā dño: ⁊ ait ad euꝫ.
Quia non postulasti iuxta verbũ hominum
dies multos: et diuitias et animā inimicorũ
tuoꝝ: feci tibi s̄m sermones tuos: et dedi tibi
cor sapiēs intantũ: vt nullꝰ ante te similis tui
fuerit. Sed ⁊ hec que nō postulasti dedi tibi:
si tamē ambulaueris in vijs meis sicut pater
tuꝰ. Et euigilans salomon intellexit q̄d esset
somniũ. id est reuelatio facta ꝑ somniũ. Et re
uersus in hierl'm coraꝫ arca dñi gr̄as agens
obtulit holocausta ⁊ pacifica.

De iudicio meretricũ. Ca. VI.

# Tunc due muli-

eres meretrices venerũt ad regem
quaꝝ vna ait. Ego ⁊ mulier hec so
le habitabamꝰ in domo vna. Cumq̄ꝫ peperis-
sem tertia die post peperit ⁊ hec. Mortuꝰ est
aũt filius eiꝰ. quē noctis silentio posuit i sinu
meo. ⁊ filiũ meum viuentē collocauit in sinu
suo. Mane facto diligentiꝰ intuens: dep̄hen
di illũ non esse meũ q̄ mortuꝰ fuerat. Respon
dit altera. Nō ē ita. sed filꝰ tuꝰ mortuꝰ ē: meꝰ
autē viuit. Cumq̄ꝫ mens omniũ in huius rei
discrimine hesitaret: rex soluit causā inopina-
te. Et allato gladio vt ait iosephus: precepit
vtrũqꝫ infanteꝫ diuidi: vt vtraq̄ꝫ medietatem
viui et mortui acciperet. Q̄d audiens mater
viuentis cōmota sunt viscera eius super filio
suo ⁊ ait. Obsecro dñe date illi infantem vi-
uum: sufficiet mihi si videam eũ viuere. Alte
ra dicebat. Nequaq̄ꝫ sed diuidatᷣ. Et cogno-
scēs rex vocē vtriusq̄ꝫ de vero cordis fonte ꝓ
latam ait. Date huic infantē viuũ. Hec ē ma
ter eius. Et attendēs omnis israel diuinā sa-
pientiā in rege esse: timuerũt euꝫ: ⁊ ammirati
sunt assessores eiꝰ qui priꝰ sententiā quasi ab
adolescente ꝓlatam deridebāt. Porro bana-
nias erat sup exercitũ. sadoch autē sacerdos:
azarias filius nathan sup custodes regis: za-
bud filius nathan sacerdos regis. id est cācel
larius: et hysuar p̄positꝰ domꝰ. i. procurator:



93

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

et aduram sup tributa.

De p̄fectis salomonis ⁊ inuentiōe exorcismorum. Capl'm. VII.

Habebat autē salomon. xij. p̄fectos sup omnez isrl' p singulos menses singuli prebebant necessaria regi ⁊ domui eius: quoꝝ vn⁹ reliquis presidebat: scꝫ achimaas. habēs besamath filiā salomonis in vxorem: lꝫ ⁊ vnus de reliquis aliam haberet filiam salomonis. Erat autē cibus salomonis p dies singulos xxx. chori simile: et septuaginta chori farine. decē boues pingues. et. xx. boues pascuales. ⁊. c. arietes. excepta venatiōe ceruoꝝ ⁊ caprarū. bubaloꝝ et auiū altiliū. Sed ⁊ pisces q̄tidie ab alienigenis portabāt. Et erat sūma pax in terra: et habebat salomon equoꝝ currilium. xl. milia. et. xij. milia equitū. quoꝝ medietas regi in hierusalez obsequebaꝫ. reliqui ꝟo p vicos regios dispersi manebāt. Prefectus ꝟo ille qui ministrabat expensas mense equis ordeū ⁊ paleaz ministrabat: deuehens oīa ad locum vbi rex morabaꝫ. Et p̄cellebat rex sapiā oēs orietales: ⁊ egyptios ⁊ hebreos etiaz quattuor filios moal nominatissimos: emā et ethan. calcal et dorca. Et scripsit librū de canticis ⁊ modulationib⁹: in numero versuū. v. miliū. Parabolaꝝ q̄ꝫ scp̄sit tria milia. Et disputauit de natura arboꝝ et herbarum a cedro vsq; ad ysopū. De natura q̄ꝫ oīm animātiū philosophat⁹ ē p vnūquodq; gen⁹ parabolā dicēs. Excogitauit etiaz adiuratiōes quib⁹ egritudines solēt mitigari. Alias q̄ꝫ q̇bus demones eijcerenꝫ: ⁊ alias q̇b⁹ obstricti nō redirēt. Excogitauit etiā caracteres q̇ inscribebāꝫ gēmis: q̄ posite in narib⁹ arrepticij cū radice salomoni monstrata statim eū a demonib⁹ liberabat. Hec sciētia plurimū valuit in gēte hebreorū. ⁊ maxie necessaria erat. Añ aduētū eni xp̄i sep⁹ hoīes a demonib⁹ vexabanꝫ ꝙ hoīes viuos ad infernū q̄nq; detrudebāt. Joseph⁹ q̄ꝫ testaꝫ se vidisse quendā eleazarū exorcistā corā vespasiano ⁊ filijs ei⁹ ⁊ tyrānis in hūc modū p̄dictū curātē vexatos a demonib⁹ ⁊ vt ꝓbaret eis demonē egressuꝫ p nares cū spū anhelātis vas aque ponebat i medio ⁊ imperabat demoni egressovt illō euerteret in argumētū sue egressionis ⁊ ita fiebat.

Joseph⁹ nec gemmā nec herbam nominat. Sed fuit gemma cristallina: ⁊ īter anulum et gemmam ponebaꝫ radix cuiusdaꝫ herbe: q̄ a q̇busdā portagon dicitur. ab alijs sal terre vl' salterna: ab alijs sartacenica: ⁊ circa incastraturā in argēto per sculpta erāt. vij. nomina dei p̄cipua p q̄ legiꝫ creasse celū ⁊ terrā: sicut in libro imaginū habeꝫ. ⁊ alia tria nomia sculpta erāt i lapide ab alijs diuersa. Si modū curandi scire desideras leges librū imaginū ⁊ ibi oīa inuenies.

De operarijs tēpli. Ca. VIII.

Misit autez salomon ad hyrā regē tyri dicēs. Uolo edificare tēplū domino sicut locutus est patri meo. Precipe ergo seruis tuis vt p̄cidant mihi cedros ō libano: et mercedē eoꝝ dabo tibi quā petieris: ⁊ rescripsit ei hyram dicens. Serui mei deponent ligna ō libano vsq; ad mare. ⁊ deferent ea in ratibus vsq; ad locū quē signaueris mihi: et tu ō portu tolles ea p̄bebisq; necessaria i cibos domui mee. Itaq; hyrā dabat salomoni ligna cedrina ⁊ abiegna: q̇b⁹ abundant sydonij. Salomon aūt supplebat inopiā eoꝝ i cibis p̄bens hyrā singulis annis choros tritici. xx. milia. ⁊ totidē ordei ⁊ totidem batos olei: eādemq; vini mensuraz. Porro salomon elegit operarios de israel ꝓselitos. De israeliꝫ eni neminē seruire fecit. Et erat indictio. xxx. milium viroꝝ. id est sūma eoꝝ q̇bus hec indicebanꝫ. Vl' forte indictio ē determinata hominum collectio sicut choors ⁊ legio. Et mittebat eos in libanū cum seruis hyram: decē milia p singulos menses vicissim: vt duob⁹ mēsibus reuertētes ad ꝓpria requiescerent: vt q̄rto mense priores ad laborē denuo remearent ⁊ p̄erat aduram huic indictioni. Statuit aūt salomon. lxxx. milia latomoꝝ. id est lapidiscesorum in monte q̇bus p̄fecit de israelitis tria milia. et. ccc. q̇ precipiebant operarijs. Porro latomi i lapicidina lapides grandes ⁊ p̄ciosos. id est marmoreos scopulabant et q̄drabāt qui adeo grādes fuerāt i fundamēto vt dicit iosephus ꝙ multi ex eis

In paralipomenon legiꝫ vsq; ad yoppen.

Latomi sūt ꝓprie q̇ in lapidicina eruderant lapides ⁊ saxa. Cemētarij qui dolant ⁊ cōponūt. Biblij ꝟo qui sculpūt imagines.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

habebant in longitudine cubitos viginti. in latitudine decem. in altitudīe qnq̄. Quadratos q̄dem lapides dolauerūt cemētarij salomonis ⁊ cemētarij hyrā. Dolatos ꝟo p̄parauerūt biblij pollētes ⁊ sculpētes nō solū lapides ſ; ⁊ ligna. Est aūt biblos ciuitas phenicis: de q̄ ezechiel. Senes biblij et prudentes eiꝰ. Et sic oīa extra vrbem dedolata et ꝑfecta sunt ꝙ malleus ⁊ securis ⁊ omne ferramētu; nō sūt audita ī domo dn̄i cū edificaret̃. Fuerunt aūt equoꝝ q̄ onera portabāt septē milia Fabulant̃ iudei ad eruderādos lapides celeriꝰ habuisse salomonē sanguinem vermiculi q̄ tamir dr̄: q̄ aspersa marmora facile secabant̃ quē; inuenit h̄ modo. Erat salomoni strutio hn̄s pullū et inclusus ē pullus sub vase vitreo Quē cū videret strutio: ſ; habere nequiret: de deserto tulit vermiculū: cuius sāguine liniuit vitrū ⁊ fractū ē. Vidēs aūt salomon cacumē mōtis moria vbi edificauit templū angustū deiecit illud ⁊ in aream spacijs amplioribus diffudit.

In paralippomenon legitur fuisse ꝓselitos lxx. milia qui humeris onera portabant: ⁊ tacet̃ de equis. in regu; legit̃ de equis et tacetur de viris.

De edificatione templi. Ca. IX.

f Actū ē aūt post quadringētos et octoginta ānos egressionis israel de egypto: āno quarto regni salomonis. mēse scd̄o: qui zyus apud hebreos dicit̃: apd̄ nos maius. cepit salomon edificare domū domino de candido marmore qd̄ pariū dicit̃ Josephꝰ tamen dicit anno q̄ngentesimoscd̄o egressiōis de egypto describens etiā annos etatū p̄cedentiū: dicēs ab abraam fluxisse ānos mille. xx. A diluuio mille q̄dringentos. Ab adam tria milia cētū et duos. Habebat aūt domꝰ in longitudine cubitos. lx. in latitudine ꝟo. xx. Pars quide; anterior q̄ sancta dicit̃ ⁊ erat ab oriente. xl. cubitorū erat in longitudine. Reliqua pars ad occidentē viginti cubitoꝝ erat: ⁊ dicebat̃ sanctasanctoꝝ. Porro in altitudine. xxx. cubitos habebat vsq; ad primū tabulatū sup̱ qd̄ scd̄a mansio erigebatur. xxx. cubitis vsq; ad scd̄m tabulatū. Tertia ꝟo mansio erat. lx. cubitorū vsq; ad tertium tabulatū: qd̄ erat tectum domus. Et sic tota tēpli altitudo i. cxx. cubitos ascendebat. Josephus tamē mentionē nō facit nisi de duabꝫ māsionibꝫ: vnicuiq; ascribēs cubitos. lx. sed duas inferiores sub vna comprehendit. Et erat porticꝰ ante faciem templi habens lōgitudinē iuxta tēpli mensurā. lx. cubitoꝝ. ⁊ latitudinē. x. cubitoꝝ: surgēs in altu; vt dicit iosephꝰ vsq; ad celsitudinē tēpli: et fecit in tēplo fenestras obliquas. i. exteriꝰ angustas ⁊ interiꝰ obliquādo diffusas. Has excogitauit salomon. Trabes aūt posuit ī domo p̱ transuersū p̱ tria loca in sūmitatibꝫ triū māsionū adeo longas: vt forinsecꝰ capita eaꝝ ꝓminerēt ex vtraq; patre. Et edificauit sup̱ capita forinsecus ꝓminētia tria tabulata ad deambulandū circa templū q̄ in euāgelio pīnacula tēpli dicūt̃ q̄ quomodo facta esset ī vtroq; latere satis elucet. Quomodo aūt fuerit in fronte orientali ⁊ occidētali nō memini me legisse nec sup̱ hoc me somniare aut libet aut licet. ſ; ꝙ ibi fuerāt credit̃: qd̄ videtur velle iosephus dum ait de euersione templi. Latitudo ꝟo tabulatoꝝ differens erat. Tabulatum enī qd̄ erat subter: quinq; cubitos habebat latitudinis: ⁊ medium sex cubitos. et tertium septem. Qd̄ ad lr̄am quidam tradunt factu; vt in superioribꝫ tabulatis manentes non impedirent̃ ad aspiciendū inferius per obstaculu; inferiorū. Hebreus tamen dicit tria tabulata parem habuisse latitudinem: vt si a sūmo vsq; ad imum plumbata cementarij dimitteret̃ eorū p̱penderetur equalitas. Verūtamē inferius tabulatum: quinq; cubitorū erat in latitudine. medium ꝟo sex: quia murus superior artior factus: quasi p̱ cubitū retractꝰ erat. Ultimū vero tabulatū septe; cubitos habebat ꝓ retractione muri superius similiter factu;. Fuerunt qui dicerēt: inferius tabulatū septē fuisse cubitoru; et medium sex: vt ascēdendo artaret̃ tabulata sicut ⁊ murus. Et corrigunt litterā ꝓ subter ponendo super. Vel etiam legunt subter dicētes: tabulatu; qd̄ subter erat non loco sed numero. Sicut enī altum dicit̃ ⁊ ꝓfundū et supremū. sic ⁊ subter dicitur loco qd̄ infra positu; est. subter ꝟo numero ad qd̄ ascēdit̃ numerādo. Hec autē tabulata sic erāt cōiuncta muro: vt ei nō hererent. id est muro infixa nō essent. Trabes tamē de muris prominebāt. Porro ī extremitatibꝫ cuiusq; tabulati vt deambulātes ab iniuria lapsus defenderent̃ edificauit luriculas tanq̄ appodiationes q̄ ī regū latera vocāt̃: ī paralippomenon



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

cācelli:de q̄p altitudine nescim⁹:nisi de supremo qđ habuit in altitudine q̄nq3 cubitos.

De ornatu inferioris dom⁹. Ca.X.

Uero murus inferioris mansionis intrinsecus vndiq3 opertus erat tabulis cedrinis trabib⁹ ꝟo solarij affixa erāt laquearia cedrina. Pauimentū ꝟo domus tectu3 erat tabulis abiegnis.tabulata ꝟo laterum ⁊ laquearia trabiū ⁊ pauimēta tabulis aureis operiebant cum clauis aureis:quorū singulis erat l.siclorū.nihilq3 erat in illa inferiori pte templi qđ auro non tegeret:ita vt vultus ingredientium faceret auri lumine resplēdere. Porro in iunctura tabularū fecit anaglipha.id ē celaturas vel tornaturas in iūcturis fabrefactis ne locus iuncture deprehendi posset In medio ꝟo tabule erant imagines pminentes cherubin et palme. Hec q̄dem in tabulis cedrinis celata erāt.sed auro tecta vl' in ipis tabulis aureis. Oraculū aūt qđ dicit sanctasā̄ctorū habebat.xx.cubitos lōgitudinis.⁊.xx.latitudinis.⁊.xxx.ī altitudīe In littera tamē habet:⁊.xx.cubitos altitudinis.qđ intelligēdū ē de pariete interposito iter sācta ⁊ oraculū. Sicut enī in tabernaculo colūne interposite fuerūt q̄bus appendebat velum.sic interpositus est in tēplo paries cedrinus:nō ascēdens in altū nisi p.xx.cubitos.x.cubitos qui superant vsq3 ad laquearia intactos relinquēs:vt fumus aromatū ascēdens de altari p aperturā supiorem libere intraret in oraculū. Erat autē totus paries tectus auro:habens anaglifa:cherubin et palmas ad modū parietū. Huic parieti appensū erat velum de q̄ttuor colorib⁹ cui intexta erāt cherubin tante tenuitatis: vt parietis nō phiberēt aspectum. Qđ totū parietē operiens forte vsq3 ad laquearia ascendebat:qđ legit in euangelio scissum fuisse a summo vsq3 deorsū. De interiori scemate superiorū mansionū non legi nisi q dum cōsummaret edificiu3 positus est lapis in angulo superiori: non sine gradi omniū ammiratiōe. Cum enī edificātes ⁊ in fundamēto ⁊ in muro eum locare niterentur non est inuētus locus eius: donec in angulo superiori ⁊ postremus omniū ꝯuenientissime positus ē ſm q pdixerat dauid. Lapidē quē reprobauerūt edificātes h fact⁹ ⁊c. In sūmitate ꝟo muri p girū affixa erant aurea verna ad hoīs magnitudine3 ppter aues abigēdas vt de longe aspiciētib⁹ q̄si silua aurea videretur. Per girū ꝟo muri erat labiū exteri⁹ a quo depēdebāt grādes vue auree cum pāpinis aureis:adeo fabrefactis vt sursu3 aspiciētib⁹ quasi ad instar auium moueri sepe viderent. Porro iuxta terram:ostium lateris mediū in pariete erat domus dextre.id est meridiane.⁊ per coclea3 testudinis ascendebāt in medium cenaculum:et a medio ī tertiū: hoc est per ascensum tortuosum qui vulgo vitis dicitur: qui factus ē ad similitudinem coclee testudinis. Josephus tamē describit ascensum factum per medium muri abscōditum:facilem ⁊ secu\[r\]ū in parte muri exterioris fenestratum sufficiēter. Ostiolū ꝟo ascēsus dicit fuisse iuxta terrā in angulis anterioribus vtriusq3 muri. Fecit autē in introitu tēpli postes de lignis oliuarū quadrāgulos:⁊ duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus:et vtrūq3 ostiū duplex erat:⁊ se inuicem tenens aperiebat. Et sculpsit in eis cherubin et palmas ⁊ celaturas valde eminentes:et operuit omīa laminis aureis ope quadro ad regl'a3 Fores iste tāte venustatis erāt:q etiam dauid pphetans de templi destructiōe:eas nominatim expressit dicēs. Exciderūt ianuas eius ī idipm. Et vt ioseph⁹ ait. Nō erat ī eis lignū maius palmo. Qđ forte notat in regū cu3 dicitur ope quadro ad regulā. Et erat altitudo ea\[rum\].xxx.cubito\[rum\] ſm altitudinē inferioris cenaculi. S3 q dicit ioseph⁹ altitudinē ea\[rum\].xx.

Id est sācta ꝯsecutiua loco sc3 sancto\[rum\] sicut dr sanctū ꝯsecutiuū seculi:vel sācta sanctorū cōparatiue.id est sanctiora sanctis.

Pampinus est folliculus sub q̄ fructus vitis a frigore vel ardore defenditur atq3 aduersus oēm iniuriam munitur.ideoq3 alicubi intercisus est:vt et solem ad maturitate3 fruct⁹ admittat ⁊ vmbram faciat. Et dict⁹ est pampinus eo q đ palmite pendeat. Est autē feminini generis et dicitur hec pampina.et facit genitiuum pluralem harum pāpinarum.

Sensus est in pariete meridiano qui dicitur dextrum lat⁹ ad differētiam aquilonaris lateris qđ erat sinistrum: erat ostiu3 per qđ ascensurus erat ad cenaculum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

cubitorũ. videtur falsum esse qꝛ tanta erat la
titudo templi. ergo ab oriente non erat murꝰ
Sed in regum est determinatio vbi dr. Osti
um duplex erat ꝛ se inuicem tenens aperieba
tur. Erat quippe latitudo muri decẽ cubitoꝝ
altrinsecꝰ: ꝛ apertura in qua erant fores simi-
liter decẽ et ita in muro orientali altrinsecus
supererãt quinqꝫ cubiti. In apertura ꝓo erãt
quattuor fores: due extrinsecus ꝛ due intrin-
secus: quarũ vnaqueqꝫ habebat latitudinez
quinqꝫ cubitorũ. Et erant sic artificiose com
posite vt clause q̃si continuũ parietẽ facerent
intus ꝛ extra. Aperte sibi in medio spissitudi
nis muri obuiabant: ꝛ totam eius latitudinẽ
tegebant. Et sic artificiose sibi adherebãt: vt
quando claudebant̃ exteriores: claudebãtur
ꝛ simul interiores. Nullus enĩ in templo no
cte remanebat qui clauderet eas interiꝰ. Cũ-
qꝫ aperiebantur exteriores: aperiebant̃ etiaz
simul interiores. ꝓpterea dictum est. Ostium
duplex erat ꝛ seinuicem tenens aperiebatur.
Porro in pariete oraculi fecit duo ostiola de
lignis oliuarũ: et postes angulorum quinqꝫ
vt ĩ quinto angulo medio cardines affixi sta
rẽt circa quos ostio-
la mouebãtur ꝛ erãt
ĩ ostiolis anaglipha
cherubin et palme.
Quidam tamen di-
cunt: postes angulo
rum quinqꝫ subau-
di cubitorum erant.
In oraculo aũt erat
arca ꝛ ꝓpiciatorium
ꝛ cherubin q̃ fecerat
moyses ĩ deserto.

Nota duplicem esse
opinionem de ostijs
illis. Dicũt enim qui-
dam in vtraqꝫ parte ĩ
troitus: qui erat decẽ
cubitorum: ostiũ vnũ
fuisse: quorũ vtrunqꝫ
habebat sibi coniun-
ctum ostium: vt vide-
mus ĩ fenestris q̇busdam: ꝛ tam ipm q̃ an-
nexũ sibi erat quinqꝫ
cubitoꝝ. ꝛ ita ex vtraqꝫ parte erant quasi val-
ue: quarum vtraqꝫ decem cubitos habebat:
vt eis apertis altrinsecus cooperirẽt latitudi
nem: vł potiꝰ spissitudinẽ muri. Et quasi cõ-
tinuus paries muri apparebat. Quãdo vero
claudebantur: replicabãtur illa duo altrinse-
cus annexa. Alia opinio est vt altrinsecus in
angulis ipius muri fuerint duo ostia ita ꝙ q̇
libet quattuor angulorum suuz haberet ostiũ
vnũquodqꝫ hoc cubituz: ꝛ dum claudebãtur
duo exteriora: arte quadã claudebant̃ interio
ra. Utriqꝫ istorũ potest applicari littera. Pla-
nius tamen sequenti.

De duobus cherubin. Ca. XI.

f **Ecit autez salo**
mon duos cherubin d̓ lignis oli
uarum decem cubitoruz altitudi-
nis: stantes suꝑ pauimentũ in lateribus arce
et habentes pedes obliquatos: quasi ad de-
ambulandum eleuatos opertos auro puris-
simo: habentes alas aureas: singulas quiqꝫ
cubitorũ: quarũ due extendebantur super ar-
cam: et obuiam sibi venientes iungebantur
super eam: tegentes sanctuariuz infra se posi-
tum. Alas autẽ duas extendebãt altrinsecus
ad parietes: ita vt ala vniꝰ tangeret parietem
ꝛ ala alteriꝰ parietẽ alterũ. Porro extra parie
tem in sãcta posuit mensã ad aquilonẽ. ꝛ can
delabrũ ad austrũ. Inter que mediũ erat alta
re aureum qđ fecerat moyses in deserto. Sꝫ
preter illud candelabrum posuit alia candela
bra aurea eiusdez scematis: sed maioris quã-
titatis. v. hic. et. v. inde. Similiter cum men-
sa quã fecerat moyses: posuit alias decẽ men
sas eiusdem scematis: sed maioris quãtitatꝭ.
quinqꝫ hinc ꝛ quinqꝫ inde. Inter hec aũt po-
suit altare thimiamatis: ꝛ vestiuit illud cedro
qđ etiaz dicitur altare oraculi. id est corã ora-
culo. Per hoc intelligitur fuisse aliud altare
q̃ꝫ qđ edificauit moyses. Illud enĩ erat d̓ lig-
nis sethim circũtectum ex omni parte auro.
Illud autẽ vestitum erat cedro. Proinde itel
ligitur hoc altare fuisse de lapidibꝫ quos fer-
rum nõ tetigit. ꝛ erat opertum per circũitũ ta
bulis cedrinis. Sed ꝛ ille opte erant ex omĩ
parte laminis aureis: cuiꝰ quantitatẽ nõ me-
mini me legisse. Illđ vero modicũ altare qđ
fecit moyses ĩ deserto forte repositũ erat in sã
ctasanctorũ nõ ad vsus quotidianos thimia
matis. sꝫ ad aliquos vsus singulares: quãdo
semel in anno ingrediebat̃ sacerdos cum san
guine. Hoc autez inde potest perpendi: quia
dicit apostolus: in sãctasanctorũ fuisse aureũ
thuribulum: et hic erat ornatus templi in in-
terioribus.

De porticu. Caplm. XII.

i **N facie vero tẽ**
pli erat porticus q̇ in euãgelio di-
citur vestibulũ templi: habens co
lũnas ereas in longitudine sui dispositas: in
medio quarũ erant due mirabiliores ceteris
posite ante fores templi: habentes in medio
sui spaciũ decem cubitorum ꝭm latitudinem

porte templi. Quarū talis erat compositio. Stilus vel stipes colūne.xviij. habebat cubitos altitudinis nō plane sȝ valliculatꝰ: habēs ī circūitu cannales cauationes q̄tuor digitorū et erat

xxxv. cubitorū altitudinis vt legiť in paralippomenon.

fusilis ⁊ linea duodecim cubitorū ambiebat illum. Si quis vellet rotunditatem tangere Vel forte in medio colūne: linea fusili opere circūducta erat. Epistilium ꝟo colūne super qđ locandū erat capitellum: latiꝰ erat stipite ⁊ rotundū opere reticulato celatum Capitellum autē superpositum epistilio fusile erat: et q̄nq; cubitorū altitudinis et in suprema parte erat liliatū. Latera vero ipius ex omni pte in modū rhetis ⁊ catenarū erant ꝯtexta adeo artificiose vt rhetia ⁊ cathene magis viderētur apposita q̄ȝ insculpta: vel quia solida non erant perforata vndiq; fusa sunt: vt connexiones rhetis formā exprimerēt. Septena versuum retiacula erant in capitello vno. id ē septem ordines habentes eandē celaturā: totū circūitū capitelli p girū occupantes: vel ab inferiori parte capitelli vsq; ad supremaȝ erant isti septē ordines dispositi ascendendo. Sup capitellū ꝟo erat quasi funiculus sup quē positum erat retiaculū tegens eius sūmitateȝ. et descendens aliquātulū circa latera capitelli ī circūitu. In cuius extremitate dependebant in duobꝫ ordinibꝫ. cc. malogranata. In epistilio quoq; columne sup qđ sedebat capitelluȝ dependebāt malogranata. Legitur enī ꝙ capitella erant sup summitatē malogranatorū Eiusdem cōpositionis erat columna altera. De compositiōe ꝟo basium nō legi. Hedue columne ꝓprijs nominibꝫ vocabāť. Tum ꝓpter sui magnificentiā. tum ꝓpter futurorum multam ꝑfigurationē. Dextera dicebať Jachim. id est firmitas Josephus vocat eā thalamū iachim. Sinistra dicta ē booz vel boz qđ sonat robur vel in robore. De reliquis columnis vestibuli ⁊ modicis agit historia dicens. Capitella aūt que erāt super capita columnarū: quasi opere lilij fabricata erāt ī porticu quattuor cubitorū. ⁊ rursus alia capitella in summitate columnarū desup iuxta mensuram columne cōtra retiacula. Porro de cōpositione colūnarū tacet. Capitella vero earum minora dicit vno cubito prioribꝰ capitellis. De scemate eoꝝ tm̄ dicit ꝙ erant liliata. ⁊ habebant retiacula superposita. Qđ aūt sequiť malorūgranatorū. cc. ordines erant in circūitu capitelli secūdi: ambiguū ē vtrū hoc dictum sit de capitellis minoribꝫ: an recapitulando dictum sit de capitellis prioribꝰ. Has colūnas fudit hyram tyrius plenus sapiētia ad faciendū omne opus ex ere: filius mulierȝ vidue de tribu neptalim patre ꝟo tyrio. Sȝ et omnia vtensilia templi erea et quicq̄d ī eo de ere factū est: fudit hyram in cāpestri regione iordanis in terra argillosa: et inter sochot ⁊ sarchan. Nec te moueat ꝙ aliquādo de ere: aliq̄ñ de auricalco dicunť facta: quia ideȝ est cuiꝰ splēdor ⁊ pulchritudo similis erat auro vt dicit iosephus. In hoc vestibulū ascendebať ab atrio sacerdotum. xij. gradibꝫ ꝓm iosephū. Quidā tñ dicūt. vij. ꝓm visionē ezechielis. dicunt enī in multis ꝯcordare cōpositionem templi materialis cū cōpositiōe templi spūalis qđ vidit ezechiel.

De cubiculis ⁊ cenaculis hebdomadariorum. Caplm. XIII.

# Edificauit autē

salomon ī circūitu templi post vestibulū. xxx. paruulas domꝰ q̄ sui copulatione totū templi spaciuȝ intrinsecus ambiebant. Harū singule habebant quinq; cubitos latitudinis. ⁊ tantūdē longitudinis ⁊. xv. in altitudine. Ingressusq; earuȝ ita fecit ad inuicē: vt ex alia ingredereť ad aliā aliquo spacio īterposito. Et supra eas edificate erāt alie equales eis ⁊ mensuris et numero: ita vt latera templi tria per circūitū tegerentur domūculis vsq; ad primū tabulatū exteriꝰ. Reliqua ꝟo pars templi superior circūedificata nō erat: sed libere videri poterat. Nō fuerūt he domūcule pastoforia vł exedre vt quidaȝ putant: de q̄bꝫ postea dicemus sȝ fuerūt cubilia ⁊ cenacula hebdomadarioꝝ ⁊ gazophilacia vasoꝝ ⁊ vestiū tēpli.

Si enī exterior longitudo templi fuit tm̄. xl. cubitorum et latitudo. xxx. tunc ambitus triū murorum habuit tm̄. cxl. cubitos ad quē ambiendū sufficerent domuncule. xxviij. qr quinquies. xxviij. faciunt. cxl. Credendū est

autē ꝙ p̄dicta q̄ntitas templi fuit īter muros intrinsecꝰ. ⁊ murꝰ habuit decē cubitos latitudinis. Ergo longitudo exterior fuit. lxx. cubitorū hinc ⁊ inde. latitudo occidētalis. xl. q̄ fa

cliūt.clxxx. Ad q̄s implēdos necessarie essent xxxvj. domūcule si continue essent.

De atrio sacerdotū. Ca. XIIII.

# Et edificauit a-

triū interiꝰ tribꝫ ordinibꝫ lapidum politoꝝ et vno ordine lignoꝝ ce-drí. Porro plura fuerūt atria circa tēplū vt ī psalmo legit. Qui statis ī do. dñi in. a. do. dei nr̄i. De interiori tm̄ atrio mētio fit in regū. ꝺ eodē ⁊ de scd̄a tractat iosephus. Sꝫ ꝑter hec duo etiaꝫ fuerunt alia duo. Igit atriū interiꝰ erat platea grandis ex omni parte circa tem-plum diffusa: ꝑ quadrū que ꝑ foribꝰ tēpli ad oriente plurimū extendebat: quia ibi erat al-tare ereum: et luteres. ⁊ ibi ministrabant leui te ⁊ sacerdotes corā dño. Circa vtrūqꝫ ꝟo la tus templi nō adeo diffusa erat. Ab occidēte ꝟo strictior: cuiꝰ pauimentū vario marmore stratū erat: ⁊ diuersis imaginibꝫ venustatum Hoc atriū cingebat murus breuis in altitu-dine tm̄ triū cubitoꝝ. ⁊ erat vnus cubitus la pidum vniꝰ coloris. secūdus lapidū alterius coloris: ⁊ tertiꝰ tertij coloris. Intus aūt erat vestitꝰ cedro: ⁊ positꝰ erat murꝰ ꝑ girū in extre mitate huiꝰ atrij: vt ceteros a ministris ab in-gressu atrij ꝓhiberet. Ad hūc se appodiabāt psallētes: ⁊ ꝯuersi ad populum sup hūc incli nati loquebant. In eodē muro stabant colū-ne equis interuallis disposite: populuꝫ extra stantē ad legem sanctimonie ꝑmonētes alie lr̄is hebreis. alie grecis. alie latinis. et ne ī lo cū sanctū transirent ꝓhibentes. Hic ambitꝰ muri ꝓprio nomine vocabat gion. latine ꝟo cācellꝰ. Unū solū habebat introitum ab ori-ente cōtra portaꝫ templi: habens aperturam xxv. cubitorū sine foribꝫ: vsqꝫ ad hunc introi-tum ascendebant viri ⁊ mulieres deferentes oblationes suas ad ministros sibi occurren-tes. Nec licebat eis nisi in quibusdaꝫ casibꝰ vlteriꝰ trāsire: ⁊ ascen debāt ad ipm ꝑ. xiiij gradꝰ. Hoc atriū di-cebatur atrium inte-riꝰ vel atriū sacerdo-tum: qđ etiaꝫ illi qui erant aaronite. sed propter maculā aliquam offerre non poterant. nō intrabant: lꝫ de par-tibus sacrificioꝝ alerent.

Forte quando fiebat iudiciū zelotypie: vel qn̄ nazareꝰ adimple-bat tempus voti.

De atrio mundoꝝ. Ca. XV.

# Post illud atriū

et infra ipm in decliui latere mon-tis positū erat scd̄m atriū: qđ dice bat sanctū: qđ iosephus vocat aulam vel ba silicā grandē. Erat auteꝫ diffusū ꝑ circūitum circa atriū interius: longe tamē maius eo: et pauimētatuꝫ vario marmore. Erat q̄ꝫ circū-septū muro in altitudine. xxv. cubitoꝝ interi-us: exteriꝰ ꝟo altitudinis. xl. cubitorū ꝺm de cliuitatē collis. Et lꝫ sic altus esset: nō ascēde bat tamē vsqꝫ ad fabricam templi: nec ipsius aspectuꝫ ꝓhibebat. Erat autē murus iste ad occidentē simplex ⁊ nullam habens portam In vtroqꝫ vero latere et in fronte orietali ha bebat porticꝰ circūiacentes instar claustri mo nachorum: in quibꝫ erant columne singuloꝝ lapidū diuersi coloris cum basibꝫ argenteis Camere ꝟo porticuum et laquearia cedrina erant. Latitudo ꝟo porticꝰ. xxx. cubitoꝝ. In latere meridiano erāt q̄ttuor porte duplices valuas habētes: q̄ laminis aureis ⁊ argēteis miro oꝑe decorate erant. Eiusdem numeri ⁊ eiusdem scematis erāt porte in latere septen-trionali. In his sedebāt ianitores vt arcerēt īmūdos ab introitu huiꝰ atrij. Porro ī orien tali frōte erat porta q̄ speciosa dicebatur: ha-bens valuas ꝺ ere chorinthio factas. In an gulis huiꝰ frontis erāt due porte modice: per quas ascendebant mulieres ad offerendum. Uel forte ministri descendebant in occursuꝫ earū: ibi ad suscipiendas earum oblationes. Per has portas quas diximus ascēdebant vndequaqꝫ viri mundi in atriū scd̄m: vt ora-rent sub diuo tꝑe serenitatis: sub porticibus tꝑe tēpestatis. In platea huiꝰ atrij orientalis vendebant animalia et volucres ad offeren-dū. ⁊ mense numulariorū stabāt ibi: q̄s euer-tit dñs. In porticibꝫ aūt circa portas stabāt gazophilacia diuersi generis ad recipiēdas oblationes ingredientiū. In porticibꝫ laterū erāt pastoforia. i. loca seꝑata ad comedendū in quibꝫ sacrificātes de ꝑtibꝫ sacrificioꝝ que eos ꝯtingebāt vescebāt coraꝫ dño. Quidam tamē volūt ꝙ ibi tm̄ a foris venientes a fini-bus israel comedebant. ⁊ ob hoc dici pasto-foria. In eisdē porticibꝫ erāt kathedre ⁊ sine-dre ⁊ exedre. i. tria genera sediliū: vt ait Isido rus. In cathedris sedebant doctores in gim nasio. In sinedris sedebant auditores in ꝯsi-storio. Et dicebāt sinedre. q. ꝯsessus. In exe-



96

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

dris autē sedebant assessores cum iudice quā do secretiꝰ aliquid tractabāt. q. in locutorio. Et dicebanť exedre. q. assessus: licȝ exedra sepius ponatur ꝓ thalamo. Hoc atriū scđm sepe in euangelio dicitť tēplū: vbi dicitť ꝙ oues et animalia vendebanť in tēplo: ⁊ ꝙ iesus docebat ī templo: ⁊ ꝙ filiȷ̄ israel orabāt in tēplo ⁊c̄. in hunc modū.

De atrio mulierū. Ca. XVI.

p

Orro sub hoc atrio erat atriuȝ tertiū similiter ī decliui latere montis positū: eiusdeȝ cōpositionis cū secūdo ⁊ si nō tante venustatis: nec tam ꝓciosi ornatus. In hoc orabant mulieres munde tm̄.

De atrio imundoꝝ. Ca. XVII.

i

Nfra illud atrium erat ⁊ quartū: in quo orabāt viri imūdi et mulieres. ⁊ gētiles. cuius murus exterior in radice collis positꝰ erat ⁊ ascendebāt. cccc. cubitis vsqȝ ad verticem tm̄ collis: in quo situm erat templum: et ita muri atriorum in nullo prohibebant aspectum templi: nec eorū qui ministrabāt ī atrio interiori.

De altari ⁊ mari eneo. Ca. XVIII.

p

Orro ī atrio īteriori erat altare ereū: factuȝ ex lapidibꝰ impolitis circūtectuȝ ex ea ꝑte ere: lōge maioris q̄ntitatis q̄ȝ illud portatile qđ factū fuit in deserto. xx. cubitoꝝ longitudinis ⁊ totidē altitudinis. ⁊ erat sub eo fouea grandis: in quā ꝑ foramen in medio altaris positū cineres defluebant: ⁊ sanguis q̄ ad crepidinē altaris fundebať influebat in eam. Quandoqȝ ꝟo mundabať fouea ꝑ fenestram q̄ erat ad orientē. Altare ꝟo qđ fecerat moyses ꝓpter reuerentiaȝ sui in aliqua parte atriȷ̄ reseruatū est. Qđ quidaȝ tradūt ibi ꝑmāsisse vsqȝ ad euersionē tēpli factaȝ per romanos. Immo etiā postea cū gētiles habitauerūt in hierusalē fecerūt ex eo horologiū sibi. De loco ꝟo huiꝰ altaris: ⁊ quō imolantes ad latus eius imolarent corā domīo supra satis dictū est. Porro in eodem atrio posuit salomon mare eneū fusile: quod nos lauatoriū dicere possumus: vt ī eo sacerdotes ministraturi abluerent pedes ⁊ manus. Quod iosephus vocat cantarū ingentem in scemate emisperiȷ̄ factum cuiꝰ. latitudo decē cubitorum erat ꝑ diametruȝ a labio vsqȝ ad labium. Altitudo ꝟo erat quinqȝ cubitoruȝ a labio scȝ vsqȝ ad fundū. spissitudo vero erat. iiȷ̄. digitorū. In superiori parte adeo latuȝ erat ꝙ resticula. xxx. cubitoꝝ cingebat illud ꝑ circuitum. sed paulatim in descensu angustiꝰ fiebat adeo vt circa fundū resticula decē cubitorum ambiret illud. Supremuȝ eiꝰ labiū repansū erat ad modū liliȷ̄. In lateribꝰ aūt eius extrinsecus duo ordines erant sculpturaꝝ historiatarū. id est historias aliquas habētiū. Capiebat autem duo milia batos. id est tria milia metretas. Batꝰ enī capit metretā ⁊ dimidiū. Et est batus mensura trium modiorū eiusdē capacitatis cuius et ephi. Sed ⁊ batus ē mēsura liquidoruȝ: ephi vero aridorum. Porro basis super quam stabat habebat. xiȷ̄. boues eneos et fusiles: e quibꝰ tres respiciebant ad aquilonem. tres ad occidentem. tres ad meridiem. tres ad orientem: quoruȝ anteriora tm̄ prominebāt sub mari: posteriora vero intus latitabant.

Id est linea diametraliter a labio ad oppositū labium protēsa. x cubitos habebat.

De luteribus. Ca. XIX.

f

Ecit quoqȝ salomon deceȝ luteres eneos ⁊ fusiles altitudinis q̄ttuor cubitorū. Erat autem in summitate luteris os recuruatū interius: et adeo angustū: vt vnius cubiti esset eius latitudo. Fundus vero eiusdē erat latitudinis cubiti et dimidiȷ̄: iuxta quātitatem basis sup̄ quā sedebāt. Quadraginta batos capiebat luter vnus. In eis abluebāť itestina et pedes holocaustorū et erāt oēs eiusdem facture sicut ⁊ bases q̄bus insidebāt. Erat aūt basis ī inferiori ꝑte ī lōgitudine ⁊ latitudine habēs q̄ttuor cubitos ꝑ quadrū. in altitudine ꝟo triū cubitoꝝ. Et ascēdēdo paulatim angustata vsqȝ ad cubitū ⁊ dimidiū iuxta q̄ntitatē fūdi ipiꝰ luteris.

Cubitus tripliciter dicitur. Vel ipa flexura brachiȷ̄: vel mensura ab inde vsqȝ ad extremitatem digitorum. Vel ab vna manu vsqȝ ad aliam expansis manibꝰ. Dictꝰ ē aūt cubitus qꝛ cibos sumendo in ipo cubamꝰ.

Eratqꝫ cõposita ex q̃ttuoꝛ tabulis quibꝰ q̃n-
ta erat superposita quadrata. et ex omni par-
te aliquãtulũ excedens summitates aliarum
habens in medio sui eminentẽ concauitatez
rotundã: in qua sedebat luter. Ipm opus ba
sis interrasile erat: et in iuncturis tabularum
ꝑ quattuoꝛ angulos erant sculpture eminen-
tes ad modũ colũnaꝝ: quas quidam dicunt
vocari media intercolũnia quadrata. tamen
quidam legunt ibi media intercolumna qua
drata: vocantes columnã mediam tabulam
inter quattuoꝛ tabulas superpositaz. Latera
ꝓo basis a media parte supꝛa insculptas ha-
bebant coꝛonulas et plectas: et in medio ea-
rum leones ꝛ boues
et cherubin. et super
colla leonũ ꝛ boum
et subter erãt loꝛa ex
ere pendentia quibꝰ
ligati videbant. In
summitate vero q̃t-
tuoꝛ columnarũ an-
gulariũ erant hume
ri expansi in similitudine manus humane et
pedis aquilini: suꝑ quos tabula ferens lute-
rem ita erat coaptata: vt naturaliter inserta vi
deretur. Et habebant ille columne pꝛopꝛias
celaturas. homines. arboꝛes. ꝛ aues. Poꝛro
altera media pars basis q̃ erat circa terrã: ha
bebat per girũ rotas eminẽtes cubiti ꝛ dimi-
dij: ꝛ que in rota fieri solent axes ꝛ radios cã-
tos et modiolos: omnia fusilia. Et circa eas
posite erãt varie celature. Et hec oĩa adeo
fabꝛicata erant: vt non celata sed q̃si apposita
per circũitũ videretur: ꝛ basis quasi rotis cir
cũstantibꝰ vehi videbat. Una erat fusura et
mensura ꝛ sculptura decẽ basiũ ꝛ luteruz. De
sculptura tamẽ luterũ nihil memini me legis-
se. Hoꝛuz quinqꝫ in atrio templi steterunt ad
dexteram ꝛ q̇nqꝫ ad sinistram ad hunc vsum
Nathinnei ꝓus lauabãt membꝛa hostiaꝝ in
piscina ꝓbatica. ꝛ lota tradebant sacerdotibꝰ
ꝗ ne q̇d interim eis soꝛdis adhesisset: luteribꝰ
ea imergebãt: vt resincerata supponerẽt alta
ri. Poꝛro lauatoꝛia hec ĩ hũc modum posita
erãt: vt ingrediẽtibꝰ atrium sacerdotale. ꝓmo
occurrebat ad meridiẽ mare eneũ ad abluen-
das manus. postea ꝓgrediẽtibꝰ occurrebant
decẽ luteres ad intinguenda mẽbꝛa hostiarũ:
rursũqꝫ ꝓgredientibꝰ occurrebat altare eneũ
similiter ad meridiẽ positisqꝫ hostijs suꝑ alta-
re redibãt sacerdotes offerẽtes ad mare eneũ
ꝛ abluebãt ibi pedes ꝛ manus: vt sic loti ɔsũ
marẽt sacrificia. id est intrarẽt tẽplũ cum pꝛu-
nis ꝛ thimiamate ad adolendũ illud suꝑ alta
re in odoꝛem dño.

Coronula põt vocari
q̃ fit de aliq̃ solido vt
de auro.
Plecta ꝓo coꝛona fa-
cta de iuncis floꝛibus
vel arboꝛibꝰ: vt fit de
lauro ꝛ mirto.

De vasis altaris. Ca. XX.

**Vtẽsilia vero al-**
taris enei fecit hyraz ex ere lebetes
ad suscipiẽdos cineres ꝛ pꝛunas al
taris: ollas q̃ꝫ ꝛ caldaria ad coquendas car-
nes ꝛ hamulas. i. fuscinulas ad extrahendas
carnes vel disponendas: ꝛ arpagiones. i. fur
cas ad cõponẽdũ ignẽ ꝛ mẽbꝛa hostiaꝝ desu
per disponẽda. ꝛ scutras vasa scꝫ eq̃lis ampli
tudinis in oꝛe ꝛ fundo ad calefaciendũ. Iose
phus addit et trullas: foꝛte ad cõgregandos
cineres vel eruendos: vel ad vertendũ paui-
mentũ. Poꝛro vtensilia templi aurea erãt vel
lis ei9 Et dixit dñs ad hieremiã. Dic domui
iuda. hec dic̃ dñs. Nũq̃d sic̃ facit figul9 pote-
ro facere vob̃ vt destruã et dispdã vos. ꝛ pe
nitẽtes edificẽ ꝛ plantẽ. Factũ est aũt ĩ anno
iiij. regni sedechie miserunt ad eũ nũcios rex
edõ. rex moab. rex tyri. rex amon. rex sydonis
petẽtes vt ꝑiter federati vnanimit͛ tributa ne
garẽt regi babylonis. Et dixit dñs ad hiere
miã. Fac tibi catenas ligneas. i. retoꝛtas. vj.
ꝛ pones vnã ĩ collo tuo. ꝛ alias q̇nqꝫ dabis
in man9 nuncioꝝ q̇nqꝫ regũ corã sedechia di
cẽs. Hec d. d. v. regib9 et regi iuda. Ego feci
terrã ꝛ dedi eã ei q̃ placuit ĩ ocul' meis ꝛ nũc
dedi oẽs terras istas in manu nabuchodo-
nosoꝛ serui mei. Gens aũt ꝛ regnum q̃ nõ ser
uierit ei: in gladio fame et peste visitabo suꝑ
eos. Nolite audire ṽba ꝓphetaꝝ dicẽtiũ vo-
bis. Nõ seruietꝫ regi babylonis ne pereatis
cũ eis. Et cũ ꝯplesset hieremias mãdatũ dñi
corã sedechia: ananias ꝓpha de gabaon tulit
catenã de collo hieremie ꝛ cõfregit eã dicẽs.
Hec d. d. Sic ꝯfringã iugũ regis babylõis
de collo istarũ gentiũ p9 duos ãnos dieꝝ. et
referri faciã oĩa vasa dñi et reducã oẽm trãs-
migratiõꝫ iude ad locũ istũ. Et ait hieremias
Amen: sic faciat dñs. q. d. Idipm vellẽ ego si
fieri possꝫ. Verũtñ audi anania. Nõ misit te
dñs ꝛ fecisti ꝯfidere ꝑpl'm istum in mẽdacio.
Propterea h̄ anno morieꝫ p9 duos menses
dieꝝ. Et mortu9 ẽ ananias in ãno illo mense
vij. Nã h̄ p̄dixerat hieremias in mẽse q̇nto.
Territ9 aũt sedechias ad mortẽ ananie misit
nũcios ĩ babylonẽ cũ tributo. Et misit hiere
mias epl'am ĩ manib9 nũcioꝝ secreto ad oẽm
transmigrationẽ iude dicẽs. Hec dicit dñs.
Edificate dom9 ꝛ plãtate oꝛtos: ducite ꝛ tra
dite nuptui. et q̃rite pacẽ ciuitatꝫ ad quã trãs
migrare vos feci: et oꝛate ꝓ ea deũ. qꝛ ĩ pace



114

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

illius erit pax vr̃a. Nõ vos seducãt ꝓphete q̃ in medio vr̃i sũt:q̃ ꝓmittũt vos in breui redituros. q꞉ cũ ceperint impleri in babylone lxx. ãni:reducã vos ad locũ vestrũ. Hec aũt dicit dñs ad achab filiũ culie:et ad sedechiã filiũ maasie q̃ ꝓphetãt vobis mendaciũ. Tradam eos in manus regis babylonis et pcutiet eos in oculis vr̃is. assumet̃ ex eis maledictio dicentiũ. Ponat te dñs sicut sedechiã. ⁊ sicut achab:q̃s frixit rex babylonis in igne. ꝓ eo ꝙ fecerũt stulticiã i israel. et mechati sũt in vxores amicoꝝ suoꝝ. et locuti sũt verbũ i noĩe meo q̃d nõ mãdaui eis. Hos duos tradũt hebrei fuisse illos duos senes q̃s postea diiudicauit daniel. Nec obest ꝙ d̾r rex babylõis frixisse cũ daniel dicat eos lapidatos Cõuictos eñ tradiderũt regi ad penã q̃ noĩe ignis significata est. Cũq꞉ rediissent nũcij d̾ babylone:attulerũt lr̃as ex pte pseudo ꝓphetaꝝ ad sacerdotes in hierusalẽ in hec ṽba. Posuit vos dñs in domo sua sup omnẽ virũ arrepticium ⁊ ꝓphetantẽ vt mittatis eũ in neruũ et in carcerẽ. ⁊ nũc q̃re nõ increpatis hieremiam q̃ dixit vobis. Edificate domos q꞉ nõ redibitis. Et legit sophonias epistolã corã sedechia in auribꝫ hieremie. Et ait hieremias. Hec dicit dñs. Sup eos q̃s trãsmigrare feci visitabo verbũ bonũ vt reducam eos. sup vos aũt q̃ nõ estis egressi cũ eis immittã gladium ⁊ famẽ et pestẽ:et ponã vos q̃si fic⁹ malas q̃ comedi nõ pñt. Ondit eñ dñs mihi signũ:et ecce duo calati pleni ficis positi sunt añ templũ. Et dixit dñs ad me. Quid tu vides hieremia. Et dixi. Ficus:fic⁹ bonas. bonas valde. et fic⁹ malas:malas valde. Et ait dñs. Sicut ficus he bone. sic cognoscã trãsmigrationẽ quã emisi de loco isto ⁊ reducam eos i terrã hãc. Et sic ficus pessime:sic dabo sedechiã ⁊ reliq̃s q̃ remanserũt in hac vrbe i vexationẽ ⁊ obprobriũ oĩbꝫ regnis terre.

De laguncula testea.

Capitulum. XLI.

Et dixit iterũ dominus ad hieremiã. vade ⁊ accipe lagunculã figuli testeã ⁊ duces tecum de senioribꝫ sacerdotũ:et de senioribus ꝑlĩ ad vallẽ filioꝝ ennon q̃ est iuxta introitũ porte fictilis ⁊ cõteres lagunculã i ocul' eoꝝ et dices. Hec dic̃ dñs. Sic ↄterã locũ istũ ⁊ ciuitatẽ hãc:nec vocabit̃ loc⁹ iste ampli⁹ tophet ⁊ vallis filioꝝ ennon:ſꝫ vallis occisiõis Implebo eñ cũ cadaueribꝫ eo ꝙ non sit ali⁹ loc⁹ ad sepeliẽdũ. Et venit hieremias de tophet ⁊ stetit i atrio dom⁹ dñi:⁊ dixit ad oẽm ꝑlm. Hec. d. d. Ecce iducã sup hãc ciuitatẽ vniuersa mala q̃ locut⁹ sũ aduersus eã. Et idignat⁹ fassur sacerdos ꝑcussit hieremiã ⁊ misit eã i neruũ i porta bẽiamin supiori i domo dñi. Cunq꞉ illuxisset in crastinũ eduxit fassur hieremiã de neruo. et dixit ad eũ hieremias. Nõ fassur vocauit dñs nomẽ tuũ ſꝫ pauorẽ vndiq꞉. Interp̃tat̃ eñ fassur vl' fascor oris nigredo. q. d. Nõ hẽbis oris nigredinẽ. i. ꝑtãtẽ iperãdi iniq̃:ſꝫ pauẽs vndiq꞉ captiu⁹ ducer̃ i babylonẽ. ⁊ orauit hieremias ad dñm. Dñe de⁹ exercituũ q̃ vides renes et cor. videã vltionẽ ex eis:tibi eñ reuelaui cãm meã.

De prima obsidione hierusalem.

Capitulum. XLII.

Porro in anno q̃nto sedechie ipse est ann⁹. v. trãsmigratiõis ioachim exorsus ẽ ezechiel ꝓphetare i babylone ad captiuos postq̃ꝫ acceperãt ep̃laꝫ hieremie. Prophetiã cu⁹ sic ⁊ daniel' postea ꝓseq̃mur p⁹ excidiũ vrbis ⁊ obitũ hieremie. Porro i ꝑncipio ãni. ix. sedechie nabuch. obsedit hierosolymã q꞉ negauerat ei sedechias tributũ. Et misit sedechias ad hieremiã fassur ⁊ sophonia sacerdotes dicẽs. Interroga ꝓ nob̃ dñm si forte faciat nobiscũ miscdĩaꝫ. et r̃ndit hieremias. Hec d. d. Dabo sedechiã regẽ iuda ⁊ suos ei⁹:⁊ ꝑlm ei⁹ i mãu nabucho. regis babylõis. ⁊ pcutiet eos i ore glad ij ⁊ nõ flectet̃ nec ꝑcet neq꞉ miserebit̃. Et libere ãbulabat hieremias i medio ꝑlĩ eadem clamãs Porro rex egypti egressus ẽ de egypto cũ exercitu q̃si soluturus obsidionẽ hierl'm ⁊ recessit rex babylõis a hierl'm in occursum ei⁹. ⁊ fugauit eũ in ore gladij:⁊ de syria coegit exire. Cũq꞉ discessisset nabuchodonosor a hierl'm illuserũt falsi ꝓphe hieremie:et decipiebãt sedechiã dicẽtes. Nõ reuertent̃ babylonij: sed redibit trãsmigratio nr̃a ad nos cũ oĩbꝫ vasis dñi. Hieremias aũt ↄria his ⁊ vera ꝓphetabat dicẽs. Tradet̃ sedechias i manu regis babylonis:⁊ loq̃t̃ os ei⁹ cũ ore ipsius. et ocul' ei⁹ oculos ei⁹ videbũt. et i babylonẽ ducet sedechiã. Impij ṽo dicebãt hieremiã a mente excessisse. Porro hieremias strauit asinũ vt egrederet̃ ad anatoth vicũ suũ q̃. xx. stadijs



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

distat a hierusalē. Cūq̧ ꝑuenisset ad portam beniamin. custos porte ierias apprehēdit eū dicens. Ad chaldeos ꝓfugis. Et adduxit eū ad ꝑ̇ncipes. Qui cesuz miserūt in carcerem q̇ erat ī domo ionathe scribe. Et sedit ibi hieremias dieb9 multis. et venit ad eū ananeel filius sellū patrui sui ad vestibulū carceris et ait. Eme agrū meū q̇ est ī anathot. tibi ei cōpetit hereditas tāq̧ ꝓpinquiori. Et intellexit hieremias q̄ ṽbū dn̄i esset et emit agrū appēdens septē stateres et decē argenteos. et adhibuit testes. ⁊ scripsit librū possessiōis signatū et stipulatiōes ⁊ rata. et signa forinsec9. et rescriptū libri fecit aptū. et in oculis ananeel et testiū dedit libros baruch dicēs. Sume librū emptiōis hūc signatū. et hūc librū qui aptus est: ⁊ pone eos in vase fictili vt ꝑmanere possint ī dieb9 multꝭ. Hec ei dic dn̄s. Adhuc possidebūt ⁊ agri ⁊ vinee ī terra ista de q̄ vos dicitis. q2 deserta erit. Ecce ego ꝯgregabo eos de vniuersis terris ad q̄s eieci eos ad locū istū. et habitabūt ꝯfidenter et feriā cum eis pactū sempiternū.

De secūda obsidione hierusalē.

Capitulum. XLIII.

# P

Uero anno nono sedechie. x. mense. x. die. luna. xxij. redijt nabuzardan ꝑ̇nceps exercit9 babylonis. et ꝑ̇ncipes nabuchonosor cū eo ⁊ circūdederūt hierl'm. ⁊ extruxerunt in circūitu eius munitiōes. et clausa est ciuitas xviij. mēsib9. Perterrit9 itaq̧ sedechias tulit hieremiā de carcere ⁊ īterrogauit eū ī domo sua secreto dicēs. Putasne est s̄mo a dn̄o: q2 redierūt chaldei. Qui rn̄dit. In manu regis babylonis traderis. Sz obsecro dn̄e mi rex ne remittas me in carcerē ionathe ne moriar ibi. Et ꝑcepit rex vt tradere᷑ in vestibulū carceris: et vt dare᷑ ei torta panis q̄tidie excepto pulmēto donec ꝯsumerent᷑ oēs panes de ciuitate. et clamabat hieremias ī vestibulo carceris. Qui remāserint ī ciuitate fame aut gladio ꝑibunt. q̇ ꝯfugerint ad hostes q̄dammō mortē declinabūt. Et ꝯuenerūt ꝑ̇ncipes ⁊ seniores ciuitatis ad regē dicētes. Rogam9 te vt moriat᷑ hō iste. de industria em̄ dissoluit man9 viroꝝ bellantiū. Plane mentit᷑ cū dicit Sedechias vinct9 duce᷑ ī babylonē. Ezechiel em̄ ī babylone ꝓphetauit dicēs. Sedechias nō videbit babylonē. Et dixit rex ad eos Ecce ipse ī manib9 vr̄is ē. nec em̄ fas est regē vob q̄cq̧ negare. Tulerūt g̃ hieremiā ⁊ deposuerūt eū cū funib9 in lacū helchie in q̇ n̄ erat aq̄ sz lutū: vt morte ꝓpria suffocat9 periret. et erat ꝓpha ī luto vsq̧ ad guttur: qḋ erat ei amari9 omi morte. Tūc abdemelech ethiops vir eunuch9 de domo regis secreto dixit ad regē. Peccare te fecerūt viri isti grauit᷑. Qui rn̄dit. Tolle tecū. xxx. viros ⁊ leua ꝓpham de lacu anq̧ moriat᷑. Qui assūptis viris tulit pānos veteres de domo regis q̇ cōputruerant et submisit eos in lacū ꝑ funiculos ⁊ dixit ad hieremiā. Pone pannos veteres sub cubitu manuū tuaꝝ ⁊ sup funes. Quo facto eduxerūt eū de lacu. et vocauit eū rex secreto ad ostiū tertiū qḋ erat ī domo dn̄i ⁊ ait. Interrogo te ne abscōdas a me aliqḋ. Qui rn̄dit. Si ꝯsiliū dedero tibi nō me audies: si aūt nūciauero tibi īterficies me. Et iurauit ei rex dicēs. Uiuit dn̄s nō occidā te: nec tradā te in man9 viroꝝ q̇ q̄rūt aīaz tuā. Et ait hieremias. Si exieris ad ꝑ̇ncipes babylōis salu9 eris tu et dom9 tua ⁊ ciuitas hec nō succēde᷑. Si non exieris: ciuitas succēde᷑ et tu cū domo tua n̄ effugies man9 eoꝝ. Et ait rex. Facerē qḋ dicis: sz timeo ꝯtribules q̇ trāsierūt ad chaldeos: ne forte accusēt me ⁊ tradar ī man9 eoꝝ ⁊ illudāt mihi. Et ait hieremias. Nō traderis Tūc rex inq̇t. Null9 sciat ṽba hec. Si q̄sierīt a te: q̄d locut9 ē tibi rex dices. Prostraui me corā rege ne reduceret me in carcerē.

De fuga sedechie capta vrbe.

Capitulum. XLIIII.

# P

Uero defecerūt victualia in ciuitate adeo vt mulieres comederent paruulos suos ad mensuram palmi. sicut legit᷑ ī trenis hieremie. Capta est aūt ciuitas. xj. āno regni sedechie. q̄rto mense ix. die mensis s̄m iosephū. et librū reguz s̄m hiere. vero. v. die aperta ē ciuitas circa mediā noctē. et sederūt ꝑ̇ncipes babylonij ī porta media. Fugit aūt sedechias cū oī domo sua nocte: ⁊ ꝑ̇ncipes amici ei9 cū eo ꝑ viam orti regis. Et ingressi sunt ad viā deserti Qḋ cū nunciatū esset a quibusdā traditicijs

Quarto mense iunij capta ē ciuitas. sz miserūt nūcios ad regē ī reblata q̄d vellet fieri de vrbe ⁊ ꝑinde serui morati sūt ⁊ in. vj. mēse destructa est.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

principib9 babylonis ꝑsecuti sūt eū diluculo
et ꝯphenderūt eū ī cāpo solitudīs hierichō-
tine. Plures aūt p̄ncipū dispsi sūt ⁊ recesse-
rūt ab eo. Ipm ꝟo cū reliq̄s vinctū traxerūt
ad regē babylōis ī reblata. Qui locut9 est cū
eo iudiciū dicēs eū īgratū fuisse ꝑcepti ab eo
imperij. ⁊ ꝯ munificū hostilit' egisse ⁊ deieras
se in deū. Et addidit. Magn9 deus hn̄s tuā
nequiciā odio te tradidit mihi. Et occidit fi-
lios ei9 corā eo et saraiā sūmū sacerdotē: cu
ius filiū iosedech reseruauit. Occiditq3 eunu
chum q̄ erat sup̄ viros bellatores. ⁊ sophar
p̄ncipē exercit9 q̄ ꝓbabat tirones: ⁊. v. viros d̄
his q̄ steterāt corā rege. et tres de ianitorib9
tēpli. ⁊. vj. viros ꝓbatos d̄ vulgo. vl'. lxx. ẜm
hieremiā. Oculos ꝟo sedechie effodit ⁊ cate
nis vinxit eū vt adduceret ī babylonē. ⁊ cū eo
iosedech Et redierūt q̄ duxerūt eos ī reblata
ad exercitū hierusalē

De incendio templi ⁊ vrbis et godolia.
Capitulū. XLV.

# Gitur in vndeci

i mo āno sedechie. mēse q̄nto. x. die
mēsis. ip̄e ē ann9. xix. nabucho. regis
babylonis nabuzardā incēdit domū dn̄i et
domū regis. et oēs domos hierusalē. ⁊ totū
murū hierl'm ꝑ circūitū destruxit. ⁊ tulit oīa
vasa dom9 dn̄i. ⁊ colūnas duas ⁊ mare eneū
Et ligauit populū vt adduceret eū in baby-
lonē. Et isti ꝓprie dicunt captiuitas iude. Et
tulit hieremiā de vestibulo carceris: de quo
mandatū accepat nabuzardan in hūc modū
Tolle illū et pone sup̄ eū oculos tuos: ⁊ vt
voluerit facias ei. Tunc p̄fecit terre godoliā
filiū aichā vt p̄esset pauperib9 qui relicti erāt
et agricolis ⁊ vinitorib9 vt redderēt singulis
annis vectigalia regi babylonis. Sedit aūt
nabuzardā in roma: et trahebant ante eum
catenati. Et tollens de medio eorum hiere-
miam dixit ad eum. Ueni mecū in babylo-
nem ⁊ honorabo te. Quod si displicet tibi. re
side. Omnis terra in ꝯspectu tuo est: habita
apud godoliā. ⁊ quocūq3 volueris vade. Et
tradidit ei nabuzardan cibaria et munuscu-
la et dimisit eum. Similiter et rechabitas li-
beros abire dimisit. Sedit itaq3 hieremias
et baruch notari9 eius in medio populi q̄ re
lictus fuerat. Nabuzardā vero abijt in ba-
bylonē trahēs secū captiuitatē. Hic fuit exi-
tus regni hebreoꝝ. Et regnatum est ẜm iose
phū in eo annis q̄ngentis et. xliij. et mensib9
sex. ⁊ dieb9 decē. Scd̄m librū ꝟo regū nō ple
ne q̄ngentis. et fuerūt in eo reges a dauid vi
ginti ⁊ vnus. Ab edificatiōe ꝟo templi fluxe
rāt anni. cccc. et. lxx. et menses sex ⁊ dies decē
Ab egressu āt ꝓpl'i ab egypto āni mille. ⁊. lxij
et mēses. vj. ⁊ dies. x. Fuerūt aūt in tēplo ꝑ
successionē. xv. summi sacerdotes. a p̄mo sa-
doch quē instituit salomō vsq3 ad patrē iose
dech quē interfecit rex babylonis.

De morte sedechie.
Capitulum. XLVI.

# Ero nabucho

p donosor cū intrasset babylonē cū
triumpho: victimas solēnes īmo-
lauit dijs suis. ⁊ solēnisauit cū oī ꝓpl'o decē
dieb9. Cūq3 recumberēt exhilarati: p̄cepit rex
vt adduceret sedechias in mediū. ⁊ aliqui de
cantorib9 tēpli cū eo q̄ psallerēt corā cōuiuā
tib9 ī musicis instrumētis. ⁊ canerēt hymnos
de canticis syon. Bibebāt aūt ꝯuiue in vasis
dom9 dn̄i. q̄rū q̄dā nabucho. ꝯsecrauit ido-
lis. quedā ꝟo sibi reseruauit. Cūq3 darēt psal
lentib9 potū: clanculo p̄cepit rex vt sedechie
daretur potus laxatiuus. Et corā oīb9 igno
miniose laxat9 est: ⁊ irrisum reduxerūt in car-
cerem. Qui nimio afflictus dolore post pau
cos dies mortu9 ē. Et audiēs nabuchodo-
nosor causam mortis ei9 extrahēs eū de car-
cere cū honore regio sepeliuit.

Incidentia.

In diebus sedechie factū est exterminiū
regni iudeorum. ⁊ exordiū habuit q̄nta etas
cui9 anno scd̄o facta est solis defectio: quam
Thales milesius p̄dixerat. In dieb9 captiui
tatis romanoꝝ sext9 rex seruī9 nobil' captiue
fili9: tres mōtes vrbi addidit. quirinalē. bimi
nalē. equilinū. Fossas circa muros duxit. cē-
sus romanoꝝ ciuiū p̄m9 instituit. Tandē oc
cisus ē a tarquinio sup̄bo. p̄sci tarquinij filio
Eo tp̄e apud grecos. vij. sapiētes sūt appella
ti. In h̄ loco dignū duxim9 interponere cō-
trarietates de collatōe annoꝝ regū iuda ⁊ re
gū israel. et determinatiōes eaꝝ q̄ nobis oc-
currerūt: vt tandē earum historiam expedi-
tius prosequamur.

Sedatio cōtrarietatum.
Capitulum. XLVII.

# N libro regū emer

gunt cõtrarietates de collatione annorũ re-
gum iuda ꝛ regũ israel:q̄ quãdoq3 determi-
nari possunt. Ubi vero nõ inueniᷣ determi-
natio.vicio scriptorũ credimus hoc accidis-
se.q̄ in ꝓprijs noĩbus ꝛ numeris sepe fallunᷣ
Roboam ꝛ hieroboam primi cõregnauerũt
annis.xvij.alter ĩ iudea:alter in israel. Post
roboam cepit regnare abia filius eius in hie
rusalem. In.xviij.anno ieroboam q̄ viginti
duob9 ãnis regnauit ĩ israel.ꝯregnauit abia
ieroboã trib9 annis. qḋ sinodochice dictũ est
hoc est duob9 annis.ꝛ aliq̃ pte tertij q̄ erat vi
cesim9 ieroboã.Et in reliq̃ parte anni eiusdẽ
cepit regnare asa fili9 abia.et q̃dragesimo et
vno ãno regñuit ĩ hierl'm. Anno scḋo asa reg
nuit in isrl' nadab fili9 ieroboã duob9 annis.i.
vno ãno ꝛ aliq̃ pte ãni scḋi q̄ adhuc erat ter-
ti9 asa.ꝛ occidit eũ baasa.Et cepit regñre ĩ isrl'
ꝓ eo ãno tertio asa:et regñuit.xxiiij annis:non
tñ plenis.qꝛ tũc regnasset vsq3 ad.xxvij.an-
nũ asa.s3 nõ regñuit nisi vsq3 ad vicesimũ sextũ
Hela itaq3 fili9 baasa cepit regñre in isrl' anno
xxvj.asa.ꝛ duob9 annis regñuit.i.vno ãno.et
aliq̃ pte scḋi ãni q̄ erat.xxvij.asa.ꝛ in h̄ eodẽ
anno zamri interfecit hela ꝛ regnauit ꝓ eo se
ptẽ dieb9. Quo mortuo diuisus est populus
Pars q̃dã seq̃baᷣ tebni.altera seq̃baᷣ amri:ꝛ
p̄ualuit amri ꝛ regñuit.xij.annis ĩ isrl'. Hic no
tandũ est ꝙ ꝯtẽtio de regno inter amri ꝛ teb-
ni durauit ꝑ tres ãnos ꝛ vltra. qꝛ statim dic̄
scriptura ꝙ amri cepit regñre.xxxj.anno regni
asa. Si ei mortuo zamri statim cepisset regñre
amri cũ elect9 fuit.ḡ regñre cepisset.xxvij. ãno
vel octauo regni asa. Veruntñ postea dicit
scp̄tura eũ cepisse regnare in h̄ anno sue ele-
ctionis.cũ dic̄ filiũ ei9 achab cepisse regnare
xxxviij.anno regni asa Si em̃ duodecim an
nis regnauit amri:ꝛ inchoauit regnare.xxj.
asa.et asa non nisi quadraginta ꝛ vno anno
regnauit.palã est ꝙ amri superuixit asa per
vnũ annũ. Quomodo ergo achab succedẽs
p̄ri inchoauit regñre.xxxviij. anno regni asa.
qḋ sic solui põt. Quãdo scriptura dicit amri
cepisse regnare.xxxj. anno asa:intelligendu3
est.qꝛ tũc sol9 ꝛ sup totũ israel mortuo tebni
cepit regnare. Qñ aute3 dicit regnasse eum
xij.al's.xij.annis a.xxvij.anno asa numerat
qñ israel eũ elegit ĩ regẽ. Qḋ tp̄s extendiᷣ vs
q3 ad.xxviij.annũ regni asa qñ achab regna-
re cepit. Huic sniẽ seq̄ns scriptura ꝯsonat q̄
narrat iosaphat filiũ asa regnare cepisse q̃rto
anno regni achab.q̄ fuit vltim9 asa.q̃drage-
simus.s.primus. Porro iosaphat regnauit ĩ
hierusalẽ.xxv.annis.cui9 anno.xvij.ochozi-
as filius achab cepit regñre in israel.ꝛ duob9
annis regnauit. Huic qꝛ filiũ nõ habuit:fra-
ter eius iorã successit in regnũ.ꝛ cepit regna
re ioram in israel ãno scḋo iorã filij iosaphat
Sed q̃riᷣ.si in anno.xvij. iosaphat: q̄.xxv.
annis regnauit ochozias cepit regñre:et duo
bus tm̃ annis regnauit.quõ iorã frater eius
ãno scḋo iorã filij iosaphat.ꝛ nõ poti9.xviij
vel.xix.anno iosaphat regnare cepit. Prete-
rea in sequẽtib9 statim subiũgit scriptura.qḋ
xviij.vl'.xix.anno iosaphat iorã filius achab
regnauerit. Hec cõtrarietas sic solui potest.
Duo anni quib9 regnare diciᷣ ochozias illi
sunt quib9 solus ꝛ incolumis anteq3 per can
cellos domus sue corruisset regnauit. Reli-
qui vero octo vel nouem anni quib9 eo lan-
guente frater eius ioram administrationẽ re
gni agebat:nõ sibi sed fratri deputanᷣ. Uñ ĩ
xviij.anno regni iosaphat regnasse scribitur
ioram.qꝛ tũc regni administrationẽ ꝓ fratre
q̄ languebat suscepit. Scriptura vero q̄ di-
cit ꝙ ioram filius achab anno scḋo ioram fi
lij iosaphat regnauerit:tempus quo sol9 de-
functo iam fratre regnare cepit attendit. Ex
diuersoꝝ sane scriptis ꝓphetarũ collect9 ẽ tra
ctatus libri regũ. Uñ est ꝙ alius aliud.ꝛ ali9
aliud ſm rationũ diuersitatẽ initium inchoa
tionis regni regũ tã iuda q3 israel assignauit.
Iorã aũt filius achab.xij.annis sup israel
regnauit. Illa ḡ scp̄tura q̄ postea dicit ꝙ an
no q̄nto iorã filij achab regis israel regnauit
ioram fili9 iosaphat regis iuda:tẽpus atten
dit qñ ꝓ fratre adhuc viuẽte regnũ admini-
strare cepit. Porro ioram filius iosaphat tri
gintaduoꝝ annorũ erat cũ regnare cepisset:
et octo annis regnauit in hierusalẽ.anno.xij
ioram filij achab regnauit ochozias fili9 io-
ram regis iuda. Uigintiduoꝝ annoru3 erat
cũ regnare cepisset:et vno anno regnauit in
hierusalẽ. Quidã mẽdosi codices hñt iorã fi
liũ iosaphat vigintiduoꝝ annoꝝ esse tm̃ cu3
regnare cepisset:quod stare nõ põt. Si eni3
vigintiduoꝝ annoꝝ tm̃ esset cũ regnare cepis
set.ꝛ.viij.annis tm̃ regnauit.ergo tricenari9
erat cũ mortu9 ẽ.s3 fili9 ei9 ei succedẽs iã.xxij.
annoꝝ erat.ergo qñ eum genuit iorã.viij.an
noru3 erat quod ẽ impossibile. Tamẽ hebrei
tradũt iorã filiũ iosaphat.xx.annis regnasse

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

et.xlij. vixiſſe.qḋ videꝛ ꝯſanare illi lr̄e q̄ dicit eū vigintiduoꝝ annoꝝ eſſe cū regnare cepiſ-ſet. Sed tn̄ dicūt ſolos octo ānos q̇bꝫ inno-center vixit ãn̄qꝫ ſuos frēs occidiſſet cōputa-tos illi ī regnū a ſcṗtura. Mortuo ochozia mr̄ eiꝰ athalia.vj.annis regnauit ī hieruſalē. Eiſdē ſex annis cōregnauit ei hieu.q̇.xxviij. annis reḡuit in iſrael. Anno.vij.hieu cepit reḡre in hierl'm ioas.⁊.xl.annis regnauit. Re-gnauerūt ḡ pariter ioas in iuda.et hieu ī iſrl' xxij.annis. Quibꝫ finitis mortuꝰ eſt hieu:et ſucceſſit ei in regnū ioachas filiꝰ eius. incho-ans regnare āno.xxiij.ioas regiſ iuda.⁊.xvij annis reḡuit in iſrael. Sꝫ q̄riꝛ.ſi anno.xxiij. ioas ioachas cepit regnare.et annis.xvij.re-gnauit.cū ioas.xl.tm̄ anniſ regnauerit:palã eſt ꝙ vſqꝫ ad.xxxix.vel potius.xl.annū eius regnauerit ioachas. Quō ergo ſtatim in ſe-quenti dicit ſcriptura.qꝛ ioas filius ioachas anno.xxxvij.ioas regis iuda regnare cepit. Forte triennio viuēte pr̄e ſimul cū patre re-gnauit. Forte ſcriptoꝝ negligētia q̄ in nume-ris ſepe errat hanc difficultatē peperit. An-no ſcd̄o ioas regis iſrael regnauit amaſias ī iſrael.xxix.annis. Annꝰ ſecundꝰ ioas q̄ ama-ſias regnare cepit numeraꝛ.exquo ſolus de-functo patre regna-uit. Vix aūt amaſi-as rex iuda poſtquã mortuuſ eſt ioas rex iſrael.xxv.annis. Et hic oriꝛ q̄ſtio. Sup̄ dictū eſt ꝙ amaſias

Hoc addiꝛ iō. qꝛ di-ctū eſt in ſolutiōe. qꝛ ioas tribꝫ annis pa-tri conregnauit in iſ-rael.

anno ſcd̄o ioas regis iſrael reḡre inchoans xxix.annis regnauerit. Joas aūt.xvj.annis regnauit. Quindecim itaqꝫ ānis ſimul regna-uerūt. Mortuo itaqꝫ ioas ſoli q̄ttuordecim anni ſupfuerūt amaſie.vel ad plus quinde-cim. Forte errauit ſcriptor ponēs.xxv.p q̄t-tuordecim.vel forte amaſias viuēs deſijt re-gnare.et decem vel vndecim ānis vixit diu-tius q̄ꝫ regnauit. Porro anno.xv.amaſie: re-gnauit in iſrael ieroboã.xl.et vno anno. Si-mul itaqꝫ regnauerūt amaſias in iuda. iero-boam ī iſrael.ad plus.xv.annis. Quid ē igiꝛ qḋ ſequēs ſcriptura dicit. Quia.xxvij. anno ieroboam regnauit ozias filiꝰ amaſie in hie-ruſalē. Forte.xv.annis iuda ſine rege fuit.qꝛ vt diximꝰ amaſias viuēs regnū dimiſit:⁊ ozi-as adhuc puulꝰ regnare nō poterat. Mor-tuo ꝓo patre cū.xvj.eſſꝫ annoꝝ.et ieroboam in iſrael viceſimū ſeptimū annū regni ſui in-choaſſet regnare cepit in hieruſalē.⁊ quinq̄gi-taduobꝫ ānis regnauit. Porro anno.xxxviij. ozie regis iude.regnauit zacharias filiꝰ iero-boam in iſrl' ſex menſibꝫ. Et hic oriꝛ queſtio. Supra dictuꝫ eſt qꝛ anno viceſimoſeptimo ieroboã regnauit in iſrael.qui cū q̄draginta ⁊ vno anno regnauit.ozias regnare cepit.⁊.lij. annis regnauit. Quattuordecim itaqꝫ annis pariter regnauerūt ozias ⁊ ieroboã.cui iero-boã poſt q̄draginta ⁊ vnū annū defuncto. ſi ſtatim zacharias filius eiꝰ ī regnū ſucceſſiſſet nō in.xxxviij. ſed in decimoq̇nto anno regni ozie regnare cepit. Aut igiꝛ regnum iſrl'.xxiij. annis ſine rege fuit.vel potius ꝑ iſtos vigin-titres annos zacharias filiꝰ ieroboam regna-uit.qui tamē illi qꝛ peſſime vixit:in regnū nō ſunt cōputati. Soli aūt ſex menſes quos cor-rectius vixit ī triceſimooctauo anno ozie illi ſūt cōputati. In triceſimo āt nono āno ozie ſellū occiſo.zacharias regnauit ī iſrl' vno mē-ſe. Eodē anno manahen occidit ſellum. ⁊ re-gnauit in iſrael decē annis. Anno quinqua-geſimo ozie phaceia filius manahen regna-uit in iſrael duobꝫ annis. Anno.lij.ozie pha-cee filius romelie phaceiã interfecit.⁊ regna-uit in iſrael viginti annis. Anno ſcd̄o phacee regnauit ioatha in hieruſalē.⁊ ſedecim ibi an-nis regnauit. Quindecim ergo annis ad mi-nus ſimul reḡuerunt ioathan in iuda ⁊ pha-cee in iſrael. Et annus qui fuit vltimus ioa-than fuit phacee.xvij.⁊ ita phacee regnauit poſt ioathan tribꝫ annis in quibꝫ ꝯgregauit ei achaz filius ioathan. Qḋ ḡ legiꝛ ꝙ ozee in-terfecit phacee ⁊ regnauit ꝑ eo viceſimo anno ioathan filij ozie.ex illo tp̄e regū ioathã ſcri-ptura nūerat.quo pr̄i leproſo cōreḡuit. Ubi aūt legiꝛ ꝙ anno ſcd̄o phacee regnauit ⁊ ꝙ ſe-decim annis regnauerit. Ab illo tempore nu-merat.quo ſolus mortuo pr̄e regnauit. Por-ro duodecimo anno achaz ozee regnauit de-cem annis in iſrael. Si ergo phacee ⁊ achaz tribꝫ tm̄ annis cōregnauerunt vt dictum eſt. tūc quarto anno achaz occiſus eſt phacee. Et ſi ozee occiſor eius non regnauit ꝑ eo vſqꝫ ad duodecimū annū achaz.tūc regnū iſrael fuit octo annis ſine rege. Jtaqꝫ p̄dicte ꝯtrarieta-tes ⁊ alie ſi quas p̄termiſimꝰ determiari poſ-ſunt.vel ꝑ ſinodochen.vel qꝛ quidã cū patri-bus regnauerūt anteq̄ꝫ ſoli regnarēt. Uel q̇a regna q̄n̄qꝫ ſine rege fuerūt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

Incipit historia thobie.

h Istoria thobie exordiũ habuit in captiuitate decẽ tribuũ quã fecit salmanasar. Quo vero tpe terminũ habuerit nõ satis elucet. Videt᷑ eñ ſm lrãm historie thobias vixisse post excidiũ hierusalẽ z incendiũ templi. Ait eñ in cantico suo. Hierusalẽ ciuitas dei castigauit te dñs: bñdic deũ in secula seculorũ vt reedificet tabernaculũ suũ in te. et reuocet ad te oẽs captiuos. In diebꝫ ãt mortis sue cũ pdiceret filijs de reditu captiuorũ ait. Terra deserta replebit᷑: z dom⁹ dei q̃ i ea incẽsa ẽ iterũ reedificabit᷑. Si ꝑo attendam⁹ terminũ vite thobie filij thobie. fuit eñ terminus historie q̃ fuit ei termin⁹ vite nõ inueniem⁹ historiã descẽdisse ad plus vltra tpa iosie. Ponam⁹ ei filiũ cũ pr̃e captiuatũ sexto anno ezechie z anniculũ esse. xcix. annis tñ vixit. circa. xx. annũ iosie mortu⁹ est. Hãc historiã trãstulit hieronym⁹ de sermone chaldeoꝝ in latinũ ad petitionẽ cromacij z heliodori episcopoꝝ. Hãc historiã iudei īter apocrypha ponũt. Hieronym⁹ tñ in ꝓlogo suo dicit inter agiographa

Nõ si esset: tñ esset in tertio ordine canonis veteris testamẽti. sꝫ qꝛ de nullo ordine est dicem⁹. qꝛ hieronym⁹ diffusi⁹ accepit agiografa. vt includeret etiã apocrifa. z qꝛ vicina ẽ lĩgua chaldeorũ hebraico sermoni. vtriusqꝫ lingue peritũ loquacẽ habẽs hieronym⁹ q̃cq̃d ille hebreis ꝟbis exp̃ssit: latino ſmone exposuit sub breui: et q̃si vni⁹ diei labore.

Recole supra in pncipio iosue dictũ q̃d apocrifuꝫ dr̃. vl' cui⁹ auctor icert⁹. vl' cui⁹ materia incerta. De materia ãt hui⁹ ptꝫ z cõstat. Agiografum sacra scptura interptat᷑. et sic quelibet scriptura sacra põt dici.

De thobia. Capitulum. I.

p Dꝛro thobias ex tribu neptalim fuit. Cũqꝫ ceteri ad vitulos aureos q̃s fecerat hieroboam irent: ipe ascẽdebat in hierl'm vt adoraret deum israel. ꝓmitiua et decimas fideliter offerebat: ita vt in tertio anno proselitis et aduenis omnẽ ministraret decimationem. et in omnibꝫ legẽ dei puer obseruabat. Fact⁹ aũt vir accepit sibi vxorem annã de tribu sua: et suscepit ex ea filium quem nomĩe suo vocauit thobiam. Captus quidẽ cum vxore et filio habitauit in niniue. z custodiuit aĩaꝫ suã ne ꝯtaminaret in cibis gentiliũ. sed et contribules suos non custodientes se grauiter arguebat. Et dedit illi dñs grãm in oculis salmanasar. Qui dedit ei potestatem quocũqꝫ vellet ire ad captiuos. z circa eos facere que cunqꝫ voluisset. Cũqꝫ ambularet per regionem cũ ꝯcaptiuis. monita dans salutis. deuenit in rages ciuitatẽ medorũ: inuenitqꝫ in ea quendã ꝯtribulem suũ gabelũ egenteꝫ et reliq̃t ei sub cirographo decẽ talenta argenti. q̃ habebat ex his in quibꝫ a rege fuerat honorat⁹. Mortuo aũt salmanasar cũ filius ei⁹ sennacherib filios israhel haberet exosos. thobias cõsolabatur eos: z egenis ministrabat. Cũqꝫ reuers⁹ esset sennacherib a iudea: multitudĩe exercit⁹ nocte ab ãgelo pcussa. fugiẽs manũ dñi irat⁹ multos hebreoꝝ fecit occidi: quoꝝ corpora thobias sepeliebat. Qd cũ nunciatũ esset regi tulit oẽm substãtiã ei⁹: et eũ iussit occidi. Thobias ꝟo fugiens cum vxore z filio latuit. qꝛ multi diligebant eum. Post. xlv. dies cũ esset occisus rex a filijs suis. redijt thobias in domũ suã: z restituta sũt ei ablata. Porro in quodã die festo cũ paratũ esset prandiũ apud thobiã: dixit filio suo. Vade et adduc aliq̃s de tribu nostra timentes deũ vt comedãt nobiscũ. Qui reuersus nũciauit vnũ de hebreis iugulatũ iacere in platea. z exiliens thobias ieiun⁹ tulit occulte corp⁹ in domũ suaꝫ. et comedit panem in luctu z tremore. et cũ sol occubuissꝫ sepeliuit illud. z arguebãt eũ pximi sui dicẽtes. Hui⁹ rei causa interfici iussus es: z iterum sepelis mortuos. Sꝫ thobias magis timẽs deũ q̃ regẽ sepulture occisoꝝ sollicit⁹ instabat. Contigit aũt vt quadã die fatigatus a sepultura domũ rediens iactaret se iuxta parietẽ z obdormiuit. z ex nido hirundinũ calida sterco-

v

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

ra sup̱ oculos eius inciderent ⁊ factꝰ est cecꝰ.
Hoc aũt ꝑmisit deꝰ fieri ad eiꝰ ꝓbationem: ⁊
ad exemplũ patientie imposterum. Nam et
in omnibus benedixit deũ sicut beatꝰ iob. ⁊
ꝓximos suos insultantes ei icrepabat dicẽs
Nolite ita loqui: filij enĩ sanctoꝝ sumꝰ. ⁊ vi⸗
tam illã expectamꝰ quã deꝰ daturꝰ est fideli⸗
bus suis. Anna vxor eius ibat ad textrinum
opus quotidie. et de labore manuũ suarum
qꝺ cõsequi poterat deferebat. Factũ est aũt
vt hedũ accipiens detulisset domi: cuiꝰ bala
tum vir audiens ait. Uidete ne furtiuus sit.
Ad hec irata vxor respondit. Manifeste va
na facta est spes tua. ⁊ elemosyne tue ꝑierũt.
Et igemuit thobias cũ lachrymis dicẽs. Et
nũc dñe ꝺm volũtatẽ tuã fac mecuz. ⁊ ꝑcipe
in pace recipi spũm meum. Expedit ei mihi
mori magis ꝙ̃ viuere. Eadem die cõtigit vt
sara filia raguel in ciuitate medoruz audiret
improperiũ ab vna ancillarũ suarum quaz
increpabat dicente sibi. Interfectrix viroruz
tuoꝝ. nunq̇d occidere me vis sicut occidisti
septẽ viros. Fuerat ei tradita. vij. viris. ⁊ de
moniũ nomĩe asmodeus occidebat eos mox
vt ingressi sũt ad eã. Ascendit ergo sara ĩ su⸗
periꝰ cubiculũ domꝰ sue ⁊ tribꝰ diebus et no
ctibꝰ nõ manducãs nec bibẽs: ĩ orõe ꝑsistẽs
aiebat. Peto dñe deꝰ patrũ nostroruz vt de
vinculo improperij huiꝰ absoluas me aut
certe desuper terram eripias me. In illo tẽ⸗
pore exaudite sunt preces amborum in con
spectu domini. et missus ẽ angelus raphael
vt curaret eos. Igitur cum thobias putaret
se exauditum vt moreretur dicebat ad filiũ
suum. Audi fili mi verba mea. et ea quasi fũ⸗
damenta in corde tuo constitue. Cum mori⸗
ar sepelies me: et honorem habebis matris
tue dum vixerit. Mortuam circa me sepeli⸗
es eam. semper in mente habeto dominũ fili
mi et serua mandata eius. De substantia tua
fac elemosynas. qꝛ elemosyna ab omi pecca
to liberat. et magnam prestat fiduciã coram
deo omnibus facientibus eam. Attende fili
mi ab omni fornicatione ⁊ a superbia a qua
sumpsit initiũ om̃is perditio. Consiliũ a sa⸗
piente perq̇re. a peccatoribꝰ declina. Mer⸗
ces mercenarij non maneat apud te. Noli ti
mere fili mi qꝛ pauperẽ vitã gerimꝰ sꝫ multa
bona habebimꝰ si timuerimꝰ deũ. Preterea sci
to quia dedi gabelo decem talenta argenti ĩ
rages, cuius cirographũ penes me habeo.

Perquire ergo tibi fidelẽ virũ q̇ tecũ eat sal⸗
ua mercede sua vt restituas gabelo cirogra⸗
phũ suũ: ⁊ ip̄e restituet tibi depositũ. Tunc
egressus thobias inuenit iuuenẽ succinctũ ⁊
q̄si ad iter paratũ: ignorãs ꝙ angelꝰ dei esset
Cũq; accepisset ab eo ꝙ oẽm medoꝝ regio⸗
nẽ nouisset: et rages ciuitatẽ ⁊ gabelũ habitã
tem in ea. introduxit eũ ad patrẽ suũ: et salu⸗
tauit eũ iuuenis dicẽs. Gaudiũ sit tibi semp̱.
qui rñdit. Quale gaudiũ erit mihi q̇ lumẽ ce
li nõ video. Cui iuuenis. Forti aĩo esto: in
ꝓximo est vt a deo cureris. Et ait thobias.
Poteris ꝑducere filiũ meuz ad gabelũ. Qui
rñdit. Ego ducã eũ ⁊ reducã ad te. Cũq; q̇re
ret thobias ab eo tribũ eiꝰ: et domũ ⁊ nomẽ:
rñdit. Ex filijs israel ego sum: azarias ana⸗
nie magni filius. qꝺ totũ ꝺm interpretationẽ
noĩm verũ erat. Erat eñ de angelis videnti
bus deũ. et erat azarias. i. adiutor. et filiꝰ ana
nie. i. glorie dei. Tunc paratis oĩbꝫ q̇ erãt o⸗
pus in via: ambulauerũt ambo simul: et ca⸗
nis secutꝰ est eos. Mater aũt flebat dicens
ad virũ. Baculũ senectutis nr̃e tulisti: nunq̃
esset pecunia illa ꝓ q̃ misisti eum. sufficiebat
nobis paupꝑtas nr̃a vt diuitias cõputaremꝰ
qꝛ videbamꝰ filiũ nr̃m. Et ait thobias. No⸗
li flere: filiꝰ noster reuertetur ad nos saluus.
credo eñ ꝙ angelꝰ dei bonus comitet̃ eum.
Porro illi duo ꝓma mansione manserũt cir
ca fluuiũ tigrim. Et exiuit thobias vt laua⸗
ret pedes suos: et piscis ĩmanis egrediebat̃
vt deuoraret eũ. et timẽs thobias clamauit
dicẽs. Dñe inuadit me. Et ait angelꝰ. Appre
hende branciã eiꝰ ⁊ trahe eũ ad te. et extraxit
eũ ĩ sicco ⁊ palpitabat ante pedes eiꝰ. Sup̱
hũc locũ dicit Beda. ꝙ dũ xp̄s in cruce leua
ret pedes suos q̇ ambulabãt sup̱ terrã: adue
nit diabolꝰ q̄rẽs si q̇d peccati inueniret in eo
vñ. Pater trãsfer calicẽ hũc a me. Tũc dixit
angelꝰ ad thobiã. Exentera piscẽ hunc ⁊ cor
eiꝰ et fel ⁊ iecur repone tibi. valẽt eñ ad me⸗
dicamẽta. Tũc thobias ꝑtẽ piscis assauit et
comederũt. ꝑtẽ ꝓ̃o salsam secũ tulit. Cũq; sil̃
ꝑgerẽt ait thobias Azaria frater qꝺ remediũ
hn̄t q̇ de pisce s̃uari dixisti. Qui rñdit. Parti
cula cordis sup̱ prunas posita fumo suo ex
tricat oẽ genꝰ demonũ a viro vel mliere. nec
sup̱ h̄ mirari debemꝰ. cũ fumꝰ cuiusdã arbo⸗
ris aduste eandẽ vim hr̄e ꝓhibeat̃. Cũq; q̄sis⸗
set thobias vbi maneret nocte illa. Rñdit an
gelus. Est hic raguel ꝓpinquꝰ tuus hn̄s filiã

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

vnicā q̄ debet tibi cū omni substātia eiꝰ. Et
ait thobias. Audio q꞉ tradita est viris septē
et occisi sūt a demone. Et rn̄dit angelꝰ. Noli
timere. suꝑ petulātes ⁊ deū nō timētes pote-
statē demoniū hꝫ. Tu aūt cū acceperis eam
tribꝫ diebꝫ ꝯtinebis ab ea. et de nocte vacabi
tis ambo orōnibꝫ. Prima nocte incēso ieco-
re piscis ꝑcibꝫ vr̄is fugabit demoniū. Scd̄a
nocte in copulatiōe sctōꝝ pt̄iarcharū admit-
teris. i. orabitis deū vt in participiū sanctita-
tis et pudicicie patriarcharū admittat vos.
Tertia nocte benedictionē cōsequeris vt fi-
lij ꝓcreent ex vobis sani ⁊ incolumes. Hanc
benedictionē ꝓstabat vel sacerdos vel aliq̇s
maior inter eos vicē sacerdotis gerēs. Quar
ta nocte accipies eā cū timore dei: amore fi-
lioꝝ magis q̄ꝫ libidīe ductꝰ vt in semīe abrae
benedictionē in filijs cōsequaris. Tandem
ingressi sunt ad raguelē. Cūqꝫ diceret raguel
vxori sue. q̄ꝫ simillimū esse iuuenē hunc tho
bie cōsobrino suo. dixit ad eū angelꝰ. Hic est
filius illiꝰ. Et letatus ē raguel: ⁊ instaurauit
cōuiuiū. Tūc ait thobias. Nō manducabo
neqꝫ bibā nisi ꝑus petitionē meā cōfirmes:
et ꝑmittas mihi dare sarā filiā tuā. Quo au
dito: expauit raguel. et hesitanti de responso
dixit ei angelꝰ. Noli timere dare eā sibi cōiu
gem. huic em̄ debet: et ꝓpterea aliꝰ nō potuit
habere eā. Tūc ait raguel. Scio qm̄ a deo
vēisti: et q꞉ exaudiuit dn̄s ꝑces et lachrymas
meas vt ꝯiungeret hec filia mea cognationi
sue sm̄ legē moysi. Et apprehendēs pr̄ dexte
rā filie tradidit eā dextre thobie dicēs. Deꝰ
patrū nostrorū sit vobiscū ⁊ cōiungat vos ⁊
impleat benedictionē suā in vobis. Et fece-
rūt ꝯscriptionē ꝯiugij: ⁊ comederūt bn̄dicē-
tes deū. Post cenā vero introduxerūt iuue-
nem in cubiculū virginis et ꝓtulit thobias
de cassilide suo ꝑtē iecoris et posuit suꝑ pru-
nas. Tūc raphael apprehēdit demoniū ⁊ re
ligauit illō in desertū suꝑioris egypti. Tūc
thobias ait ad virginē. Sara: deprecemur
deū hodie ⁊ cras et secūdo. i. tertio die cras.
His em̄ tribus noctibꝫ iungimur deo: q̄rta
nocte in nostro erimꝰ cōiugio: filij em̄ sctōꝝ
sumꝰ. nō possumus ita ꝯiungi sicut et gen-
tes q̄ ignorant deū. Et orauerūt ambo dicē
tes simul. Miserere nobis dn̄e deus patrū
nostroꝝ miserere nobis et cōsenescamꝰ am-
bo pariter sani. Porro circa pullorū cantū
fecit raguel parari sepulcrū vt sepeliret eum
priusq̄ꝫ illucesceret: et misit vnam de ancillis
ad videndū si iam obisset. Que reuersa nun-
ciauit eos incolumes esse ⁊ secū pariter dor
mientes. Et laudauerūt oēs deū: et repleue
runt serui foueā quā fecerāt priusq̄ꝫ lucesce-
ret. et parauerūt solēne ꝯuiuiū oībꝫ vicinis ⁊
amicis suis. Et adiurauit raguel thobiā vt
duas hebdomadas maneret apud eū: et de-
dit ei mediā partem omniū que possidebat:
faciens scripturā vt reliqua pars que super-
erat pꝰ obitū suū deueniret ad thobiā. Tūc
ait thobias ad angelū quem hominē estima
bat. Azaria frater tu nosti q̄ꝫ grauis sit mora
nostra parentibꝫ meis: obsecro vt eas ad ga
belum et reddes ei cyrographū suū et recipi
es ab eo pecuniā: et monebis eum venire ad
nuptias. Tunc assumens raphael quattuor
de seruis raguelis et duos camelos vēit ad
gabelū. et recepta pecunia duxit eum secum
ad nuptias. Et ingressus gabelus inuenit
eos discumbētes: et benedixit eis. Cūqꝫ oēs
dixissent amen: cū timore dn̄i nuptiarū cōui
uium exercebāt. Porro cum thobias moraꝫ
faceret in nuptijs sollicitꝰ erat ꝓ eo pater eiꝰ
q꞉ ad diem terminatā nō redierat. mater ve-
ro lachrymis irremediabilibꝫ flebat dicens.
Heu me fili mi: vt quid te misimus ꝑegrina
ri: lumen oculoꝝ nostrorū et baculū senectu-
tis nostre. Uir aūt eius cōsolabat eā. Por-
ro raguel dicebat ad generū suū. mane hic ⁊
ego mittā nunciū salutis tue ad patrē tuum
Cūqꝫ ille nō acquiesceret: tradidit ei saram et
dimidiū substantie sue in pueris. in puellis.
in pecudibus. in camelis. in vaccis. in pecu-
nia multa. Parētes vero monuerūt filiā suā
honorare socrū suaꝫ. diligere maritū. regere
familiā. gubernare domū. seipam irreprehē-
sibilem exhibere. Cūqꝫ reuerterent venerunt
ad carrā q̄ est in medio itinere. et ait angelus
ad thobiā. Precedamus nos duo et sequen
tur nos lento gradu vxor tua et familia cuꝫ
animalibꝫ. et tolle tecū de felle piscis et lini-
es ex eo oculos patris tui: et recipiet visum.
Porro anna sedebat secus viā q̄tidie in su-
percilio montis vn̄ respicere poterat de lon
ginquo. Et cognoscēs a longe filiū suū ve-
nientem: cucurrit ad virū suum dicēs. Ecce
filius tuꝰ venit. Canis q̄ꝫ q̇ simul fuerat ī via
ꝓcucurrit et quasi nunciꝰ blandimēto caude
gaudebat. Tūc exurgens cecus data manu
puero: ꝓcessit obuiam filio suo: ⁊ osculantes



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

filiū p̄ gaudio fleuerūt. Cūq̧ adorassent deum cōsederūt. Tunc thobias de felle piscis liniuit oculos patris. ⁊ sustinuit quasi per dimidiam horam. et cepit egredi albugo de oculis eius quasi membranū oui. Quod apprehendēs thobias traxit ab oculis ei⁹. statimq̧ visum recepit: ⁊ glorificabāt oēs deū. Et ait thobias. Bn̄dico te de⁹ israel: qm̄ castigasti me ⁊ sanasti me: ⁊ ecce video thobiā filiū meū. Ingressa est ⁊ post septē dies sara vxor ei⁹ cū omi substātia sua ⁊ pecunia quā receperat a gabelo. ⁊ cōuenerūt cōtribules ⁊ vicini ad thobiā. et cōgratulabant ei ꝑ septē dies epulantes cumgaudio. Cūq̧ narrasset thobias patri suo ꝑ ordinē bona q̄ fecerat ei angelus in via. tulerūt angelū in partē rogātes vt dignaret dimidiā partē oim̄ q̄ attulerant: acceptā habere. Tunc dixit eis āgel⁹ occulte. Bn̄dicite deū celi: ⁊ corā oib⁹ cōfitemini ei. q² fecit vobiscū misericordiā suā. Etem̄ sacramentū regis abscōdere bonū est. opera aūt dei reuelare ⁊ cōfiteri honorificū est. Nō abscondā a vobis sermonē occultū. Bona ē oratio cū ieiunio et elemosyna. Cū orabas ⁊ derelinquebas prandiū: et abscōdebas mortuos ꝑ diē. ⁊ nocte sepeliebas: ego obtuli orationē tuā dn̄o. et q² acceptus eras ei necesse erat vt tēptatio ꝓbaret te. et misit me dn̄s vt curarē te: et sarā vxorē filij tui a demōio liberarē. Ego em̄ sū raphael angel⁹ vn⁹ ex septē. id est ex vniuersis q̄ astamus ante dn̄m. Qui cum audissent: trementes ceciderūt in facies suas. Et ait angelus. Pax vobis. nolite timere. Cum essem vobiscū videbar ex necessitate vobiscū manducare ⁊ bibere: sed ego cibo inuisibili ⁊ potu vtor q̄ ab hominib⁹ videri nō pōt. Tempus est vt reuertar ad eū q̄ misit me. Et hec dicēs ab aspectu eoꝝ ablatus est. Tūc ꝓstrati ꝑ tres horas in facies suas bn̄dixerūt deum: et exurgentes narrauerunt oīa mirabilia eius. Aperiensq̧ thobias senior os suum bn̄dixit dn̄m et dixit. Magnus es dn̄e in eternū: qm̄ flagellas ⁊ saluas. deducis ad inferos et reducis. Nō est q̄ effugiat manū tuā. Et hortatus ē in hoc cantico hierusalem ⁊ captiuū populū dei: vt exēplo sui cōuerterentur ad dn̄m. ⁊ facerēt iusticiā corā eo: ⁊ crederēt q̄ cum eis faceret misc̄diā. Et ꝓphetauit de hierusalē dicēs. Omnes fines terre adorabunt te Nationes ex longinquo ad te veniēt: et munera deferētes adorabunt dominū in te. Quod mystice de tēpore gratie dictū esse ex his q̄ sequūtur apparet. Porte hierusalē ex saphiro ⁊ smaragdo edificabuntur ⁊ ꝑ vicos eius alleluia cantabitur. Erat autē thobias. lvj. annorū quādo lumē amisit. sexagenarius vero illud recepit. et postea vixit annis. xlij. et vidit filios nepotū suorum. et cōpleuit annos centum ⁊ duodecim. Glosa tn̄ de mysterio videtur velle eū postq̧ illuminatus est. xlij. annis supuixisse. Referēs quasi mystice. xl. ad labores abstinētie duos vero ad dilectionē dei ⁊ ꝓximi. Cūq̧ videret obitū sibi imminere: vocauit filiū suū ad se ⁊ septem filios eius: dixitq̧ eis. Prope erit interitus in niniue. Video quia iniquitas eius finē dabit ei. Non em̄ excidet verbum dei: ⁊ fratres nostri q̄ dispersi sunt a terra israel reuertent ad eam ⁊ replebit. ⁊ dom⁹ dei q̄ in ea incensa est iterū reedificabit. Hoc tn̄ magis videtur ꝓphetali certitudine ꝑ verba p̄teriti tēporis p̄dixisse q̄ rē gestam narrasse. Adhuc enim stabat hierusalem ⁊ templum in ea. Cūq̧ monuisset eos de dilectiōe dei ⁊ timore ⁊ elemosynis faciēdis: et vt ipsi eadē mandarēt filijs suis: addidit. Vos aūt nolite manere hic. sed quacūq̧ die sepelieritis matrē vestrā circa me in vno sepulcro: ex eo dirigite gressus vr̄os vt eatis hic. Et mortu⁹ ē thobias ⁊ postmodū vxor eius. Et abscessit thobias ex niniue ucm vxore sua et filijs ⁊ nepotib⁹: et reuersus est ad soceros suos. Et inuenit eos in bona senectute: ⁊ curā eoꝝ gessit. et clausit oculos eorū raguelis scꝫ et anne. Et notādū q̄ in sacra scriptura q̄nq̧ dicunt anne. Mater samuelis. vxor thobie. vxor raguel. mater be. marie v̄ginis. et anna ꝓphetissa. Mortuus est ⁊ thobias minor cōpletis annis. xcix. et sepelierūt eū oīs cognatio eius: ⁊ oīs generatio eius. In sancta em̄ cōuersatione ꝑmansit: ita vt accept⁹ esset tam deo q̄ hominib⁹. Nūc ad historiā captiuitatis hierusalē reuertemur. et post historiā iudith ⁊ hester locis suis explicabim⁹.

De morte godolie.

Capitulum. II.

f

**Actum est autē** cum p̄fecisset rex babylonis godoliam reliquijs terre venerūt ad eū oēs q̄ euaserāt manus hostiū: et inter finitimas gētes latuerāt. vl' quibuscūq̧ latibulis

saluauerāt animas suas. Multi q̄z de decē
tribub⁹ q̄b⁹ grauis erat cohabitatio samari-
tanoꝝ. Fuerūt etiā inter eos quidā de pnci
pib⁹ terre iohanna fili⁹ caree. sareias. ꝛ iecho
nias. Et dixit godolias ad eos. Nolite time
re habitare in terra ꝛ seruire regi babylonis:
et bn̄ erit vobis. Ego habito in masphat vt
respōdeā p̄cepto chaldeoꝝ q̄ mittēt ad nos:
vt in nullo vos grauemini. Cūq꜄ hoc iura-
mento firmasset dimisit eos ad puincie loca
q̄ q̄sq꜄ sibi delegisset. Porro de genere regio
erat q̄dā ismael vir malign⁹. Qui dū obside-
retur hierusalē ad regez euasit amonitarū et
ibi morabat̄. Et ait iohanna fili⁹ caree ad go
doliā secreto. scito q2 ismael insidiat̄ aīe tue:
inuidēs tibi dominiū terre. Uel rex amoni-
tarū mittet eum pcutere animā tuā vt occu-
pet terrā desolatā. Ibo ergo ꝛ percutiā isma
el nullo sciente ne interficiat te: ꝛ dissipentur
et pereāt reliquie iuda. Et ait godolias. Nō
facies verbū hoc vt occidas virū innocentē.
Nō eñ verisimile ē vt ī tali desolatiōe hmōi
maliciā exerceret. Et factū est in mēse septi
mo eiusdē anni venit ismael et decē viri cum
eo ad godoliā in masphat: ꝛ splēdide susce-
pit eos. Cūq꜄ post prandiū versus essz godo
lias in soporē ꝛ cōuiue pcussit eos ismael. et
egressus p noctē iudeos q̄ erāt in ciuitate et
quosdā milites q̄ erāt a babylonijs derelicti
trucidauit ꝛ piecit cadauera eoꝝ in lacū quē
fecit rex asa pp̄ter baasa regē israel. Altera p̄o
die cū munerib⁹ veniebāt de puincia. lxxx. vi
ri ad godoliā: et egressus est ismael in occur-
sum eoꝝ dicēs. Intrate ad godoliā. Quibus
ingressis occidit eos ismael p̄ter decē q̄ dixe-
rūt ei. parce nobis: q2 thesauros habemus ī
agro frumēti. vini ꝛ ordei. olei ꝛ mellis: ꝛ da
bimus eos tibi. et recesserūt ab eo. Tunc is-
mael duxit captiuas reliquias populi q̄ erat
in masphat. filias q̄z regis q̄s ꝯmendauerat
nabuzardā godolie. Qd̄ cū audisset iohāna
fili⁹ caree: assumptis viris insecut⁹ est ismael
et inuenit eū ad aq̄s q̄ sunt ī gabaon: ꝛ fugit
ismael a facie ei⁹ cū octo viris. et reduxit io-
hanna captiuos ꝛ p̄dā quā duxerat ismael.

De descensu reliquiarum iude in egyptū.
et obitu hieremie.

Capitulum. xliii.

Et cōuenerunt oēs reliquie iuda ad hieremiā a
paruo vsq꜄ ad magnū. Disponebāt eñ fuge
re in egyptū timētes ne occiderēt̄ a chaldeis
p morte godolie. Et dixerūt ad pphetā. Ora
p nobis deū vt indicet nobis verbuz qd̄ fa-
ciemus: et quicq̄d dixerit nobis p os tuū fa-
ciemus. Post dies septē factū est verbū dn̄i
ad hieremiā: et cōuocans vniuersum popu-
lum ait. Hec dicit dn̄s. Si manseritis ī ter-
ra hac: plantabo vos ꝛ nō euellā. Iā eñ pla
catus sum sup malūz qd̄ feci vobis. Nolite
timere a facie regis babylonis. q2 ego vobi-
scum sum. Sin aūt descenderitis in egyptuz
vt ibi habitetis: gladius nabuchodonosor
quē formidatis ibi cōprehendat vos: et pibi
tis gladio fame ꝛ peste. Et nō audierūt hie-
remiam sed dixerūt: mentiris. nō misit te dn̄s
sed baruch incitat te aduersus nos vt tradat
nos in manus chaldeorū. Et descenderunt
omnes cū mulierib⁹ et paruulis et om̄i sub-
stātia sua in egyptū. ꝛ duxerūt secū hieremiā
et baruch: et desolata est terra. et sabbatisa-
uit multis ānis sic̄ p̄dixerat hieremias. Nō
eñ trāstulit in eā rex
babylonis colonos:
sicut fecerat rex assy-
rioꝝ in terraz israel.
et habitauerunt reli-
quie iuda in egypto
in magdalo et in ta-
phnis et ī memphis
et in terra phatures
et ē nomen regis a q̄
illa ps egypti sic de-
noīata est. Et factus
est s̄mo dn̄i ad hiere
miā ī taphnis dicēs
Sume lapides grā-
des ꝛ abscōde eos in
cripta q̄ est sub mu-
ro later[i]ceo ī porta dom⁹ pharaonis ꝛ dicēs
ad iudeos. Hec dicit dn̄s. Ecce ego assumā
seruū meuz nabuchodonosor et ponā thro-
nū ei⁹ sup lapides istos: et pcutiet t̄rā egypti
ꝛ pibitis vos cū egyptijs. Porro mulieres
hebreoꝝ sacrificabāt dijs alienis: ꝛ regine ce
li lune scz vel iunoni vel berecincie offerebāt
placētas ꝛ libamina. Cūq꜄ argueret eas hie
remias dixerunt. Nunq̄d sine viris nr̄is hec
fecim⁹. Cūq꜄ ad viros durius loqueret̄ dixe
runt. Quādo fecim⁹ hec in vrbib⁹ iuda satu-
rati sum⁹ panib⁹ et bene erat nobis. Ex q̄ aūt

Tripliciť destructa ē
et trib⁹ vicib⁹ hierusa
lem. Primo p trāsmi
grationē ioachī ꝛ eo
rū q̄ secū transmigra
uerāt. Scd̄o p capti
uitatē sedechie ꝛ tem
pli destructionē. Ter
tio per desolationem
quando solitaria re-
licta est: reliquijs in
egyptū descendētib⁹.
Quarta fuit vastatio
terre q̄ tria p̄missa p̄-
cedebat.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

cessauimꝰ indigemꝰ oībus: et gladio ꝛ fame ꝯsumpti sumꝰ. Et rn̄dit hieremias. Hec dicit dn̄s. Ego iuraui in noīe meo magno. qꝛ omnes viri iuda q̇ sūt in terra egypti gladio ꝛ fame ꝑibūt donec penitꝰ cōsumant. Et isurrexit ppl's aduersꝰ hieremiā et lapidauerūt eū lapidibus q̄s absconderat sub muro latericeo Egyptij ꝟo honorauerūt ꝓphetā sepelientes eū iuxta tumulū regū: memores beneficiorū q̄ ꝑstiterat egypto. Oratione eī sua fugauerat aspides et bestias aq̄ꝝ quas greci cocodrillos vocant. quibꝰ priꝰ egiptus īfestabat. Tradūt etiā q̇dā q̄ adhuc de puluere eiusdē loci aspidū ꝑcussura sanat: et fugantur cocodrilli. De eodē ait epiphaniꝰ. Audiuimus a viris seniorib' q̇ ex senioꝝ antigoni et ptolomei stirpe descēderāt q̄ alexāder macedo veniens ad sepulcrū ꝓphete: et cognoscens loci mysteriū trāstulit ipm in alexandriā ꝛ sepeliuit gloriose. et extūc a terra illa ꝓhibiti sunt cocodrilli ꝛ aspides penitꝰ. Nā ꝛ idē alexander prius introduxerat illuc serpētes q̄sdā q̇ vice marsorū aspides fugabāt sꝫ nō poterāt eas penitꝰ extirpare. q̄s qꝛ ab argis peloponij aduexerat argones noīauit. Hic ē hieremias q̇ regib' egypti signū dedit q̄ eoꝝ idola euerti oporteret cū ꝟgo pareret. Vn̄ et sacerdotes eoꝝ ī secreto tēpli loco imaginē virginis ꝛ pueri statuētes adorabant. Dū vero ptolomeꝰ rex interrogaret eos q̄ hec facerēt rōne: dixerūt paterne traditionis eē mysteriū qđ a sctō ꝓpheta acceperāt maiores: et credebāt in reb' ita fore venturū. Hic est hieremias q̇ templū euertendū ꝑnoscēs. arcam testamēti cū his que in ea erant tulit: et ꝑcib' suis eā absorberi fecit in petra. petrā vero digito designās: nomē dei tetragrammaton imp̄ssit Et factū est sigillū in similitudinē sculpture q̄ ferro cauat: et ipm dn̄i nomē nubis operimento ita celatū est vt extūc nec locū q̄s recognoscere queat. nec ipm nomē legere vsq̄ in hūc diē et vsq̄ in finē. Et ꝑstine figure instar illic sepe nubes vt ignis fit nocturno tēpore eo q̄ gloria dei ab eiꝰ lege non desinat. Est aūt petra illa in heremi terra inter duos mōtes in q̇b' iacēt moyses ꝛ aaron. Dixitq̄ hieremias p̄ntib'. Dn̄s ex syon recessit ad celos: inde rursus ī ꝟtute vēturus. et erit signū p̄ntie eiꝰ qn̄ vniuerse gētes adorauerīt lignū. Dixitq̄ q̄ hāc arcā nemo ꝑter aarō ꝓducere poterit. et tabulas q̄ in ea sūt nullꝰ aperiet sacerdotum. nullusq̄ ꝓphetarū nisi electus dei moyses. et in ꝑma resurrectiōe in futuro qn̄ mortui resurgēt ꝑma resurget hec arca: et exibit de petra. et ponet in mōte syon. ꝛ oēs sancti ꝯgregabunt ad eā regressum dn̄i sustinētes: et aduersarium q̇ eos quesiturꝰ est interimere fugientes.

De captiuitate reliquiarum iude.

Capitulum. IIII.

Factum est post mortē hieremie āno q̇nto euersioni hierl'm ipe ē vicesimusterciꝰ regni nabuchodonosor: descēdit nabuchodonosor in syriā inferiorē ꝛ obtinuit eā. Moabitas q̄ꝫ ꝛ amonitas subiugauit sibi. Et tandem intrauit ī egyptū eāq̄ subuertit: et regē q̇ tūc erat in ea occidit: aliūq̄ ī ea ꝯstituēs. denuo iudeos captiuos duxit in babylonē. Et ab hac vltima captiuitate reliquiaꝝ iude q̇dā numerāt. lxx. ānos vsq̄ ad secundū annū darij filij ithaspis. Hāc etiā captiuitatē reliq̄arū ꝑdixerat ezechiel in chaldea: de q̄ mō ꝓ sequētes altiꝰ ordiemur.

Sequitur historia Ezechielis.



Historia de ezechiele propheta.

Capitulum. I.

Quęq; littere auree in candore cartarũ adeo legibiles apparerent. Introducti aũt sunt in domũ regis secus mare secretã que erat ad negociorũ deliberationẽ. Et date sunt eis celle singule. z quicq̃d visum est eis oportunũ z cõmodũ ad interp̃tandũ. Diluculo egrediebantur ad optãdũ regi bona z policronitudinez Tũc lauabãt se ad mare s̃m purificationẽ iudeoꝝ. postea interp̃tabant̃ vsq; ad horã nonam. Inde transibant ad cibũ z requiẽ z cõsummauer̃t opus. lxx. duobꝫ diebꝫ. Vñ quibusdaz visum est q̃ nõ trãstulerũt tũc nisi penthateucuz. Postea ꝓo vł postq̃ redirent: vel post aliqui ex eis ad regem redeũtes trãstulerunt psalmos z ꝓphas Verũtamen si miraculose factũ ẽ vt dicit augustin⁹. q̃ vna z eadẽ sine dissonãtia inuenta sit editio vniuscuiusq; eoꝝ minus miraculose fieri potuit. vt in tot diebꝫ interp̃tati sint legem psalmos z ꝓphetas. Hiero. tamen videt̃ velle q̃ interp̃tationes. vj. dieruz in sabbato ɔferebant ex omnibꝫ ɔflãtes vnã. Nec mirandum esse hoc asserit: cũ esdras legẽ quã p̱ spiritũ reparauerat. postea cũ veteri scriptura q̃ apud samaritanos erat correxit. Opere cõpleto ɔuocauit demetrius qui sup̱ libros magister erat oẽs iudeos qui erãt in alexãdria. z d̃ ꝓuintia peritiores. Et lecta est corã oĩbꝫ translatio eoꝝ z approbata. Postea delata ẽ ad regem z corã eo replicata. Cũq; peterẽt interp̃tes a rege dari auctoritatẽ vt imobilis p̱seueraret. hec se facturũ laudauit si demũ ita caute corrigerent eã vt qd̃ semel iudicatum foret nõ cogerent̃ irritare. Et remisit eos muneribꝫ honoratos. Eleazaro quoq; sũmo sacerdoti trãsmisit munera. In tẽplũ ꝓo misit p̃ter vasa mensam aureã gẽmis imp̃ciabilibꝫ insignitam. cuius crassitudo cũ esset dimidij cubiti. tamẽ materiã sup̱abat opus.

Policronitudo dicit̃ oratio q̃ fit ab ecclesia p̱ regibꝫ pontificibꝫ p̱ncipibꝫ terre z optat eis bona spũalia. z tẽporalia et et̃na z tẽporis lõgitudinẽ. Polis em̃ grece pluralitas latine. cronos tẽpus. Adhuc apd̃ grecos talis cõsuetudo est. vt cũ surgunt mane tẽplũ respiciẽtes clamãt policronitudo basileos. id est multũ tp̱is viuat rex.

Incidentia.

Eo tp̱e sostratus farũ in alexandria cõstruxit. aratus claruit. argenteus num⁹ primus ĩ vrbe figuratur. Romanos carthaginẽses nauali p̃lio vicerũt. metello ɔsule fugato.

Hoc fuit vnũ d̃ mirabilibꝫ mũdi. vt dicit plini⁹. Phar⁹ em̃ erat turris altissima in litore maris sita nõ in terra fundata. sed sup̱ cancros. iiij. vitreos posita z tãte magnitudinis. q̃ ignis ĩ summo posit⁹ in nocte totũ fere litus irradiabat. Sepulchrũ arati admiratiõe in cilicia ẽ dignũ. nã in id saxa iactata resiliunt.

De euergete. Caplm. VIII.

Post philadelphum regnauit frater eius ptholomeus euergetes. q̃ ab egyptijs euergetes dict⁹ est. qd̃ refectionẽ sonat. q2 post vastatã syriã z ciliciã z p̱tes asie inter ĩnumera spolia q̃ cepit. etiã deos eoꝝ quos cambises in persas trãsuexerat reuexit. Judeorũ pontifex onias simonis iusti filius: cui successit simon filius ei⁹ sub quo iesus fili⁹ syrach librũ sapientie qui ecclesiasticus dicitur cõposuit. quem greci panarethon vocant. Et predicti simonis in eo facit mentionẽ. Porro onias cum tributa negasset euergeti zelo leg̃ vł potius ex auaricia. vt dicit iosephus qui euz ĩ honoriuz fuisse testatur. compulit regez in iram. Et missus est legatus a iudeis etiã inuito onia ad regẽ. Joseph⁹ vir nobilis thobie fili⁹ z sororis onie. Hic habuit filium hircanum. cuius dum puer esset probauit pater prudentiam. tradens ei. ccc. iuga boum sine loris. Qui nõ solum pacem reformauit. sed remissus est a rege dux iudee: et finitimarum regionum.

A pan qd̃ est totũ z arethon qd̃ est ꝟtus quasi tot⁹ ꝟtuosus.

Tres libros salomõ fecit. Ecclesiasten q̃ sic incipit Vanitas vanitatuz. p̱abolas siue p̱uerbia que hebraice maslot dicũtur. Cãtica canticorũ. Est z q̃rtus cui⁹ dubitat̃ auctor q̃ p̱prie d̃r liber sapientie. z incipit. Diligite iusticiã. Est q̃nt⁹ q̃ eccl'iastic⁹ d̃r quez cõposuit iesus filius sirach. Quilibet istoꝝ d̃r liber sapiẽtie qd̃ in ep̃lis notari põt ab his libris sũptis. Jd̃o aũt hãc appellationez sortiti sũt. q2 in q̃libet istorũ sapiẽtia introducit̃ loquẽs. vel quia mores informãt. vł q̃a de salute salomonis ꝓpter ydolatriaz dubitat̃.

Interfecit boues et



137

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

comedit carnes, ⁊ de corijs fecit lora: ⁊ semi-
nauit terrã.

Incidentia.

Eo tpe ennꝰ tarentinꝰ a cathone questore
romã trãslatus est, parco sumptu ꝯtentus, et
vniꝰ ancille misterio. Quadraginta ferme mi
lia gallorũ a romanis
cesa sunt. Apud rho-
dum collosus magnꝰ
terremotu corruit.

ymago maxia erat
mire magnitudinis
vt sagitta ad sũmuz
dirigi nõ valeret. et

caput eius tante magnitudinis ꝙ cape pote-
rat. xxx. choros grani. ⁊ in inferiori parte ĩ pe
dibꝰ aptura erat vñ poterat hõ intrare ⁊ ascẽ-
dere in caput.

De philopatre. Caplm. IX.

## Ost euergetem

p regnauit filiꝰ eius ptholomeꝰ phi-
lopater. Post quẽ ptholomeꝰ epi-
phanes. Post quẽ ptholomeus philometor
quẽ vicit rex syrie antiochꝰ magnꝰ ⁊ iudeã si-
bi subiugauit. Põtifex iudeoꝝ fuit onias ma
gnus simonis filꝰ. ad quẽ ad reparandũ fe-
dus qđ legiť fuisse inter abraam ⁊ maiores su
os. lacedemonioꝝ rex arlꝰ legatos misit. Por
ro antiochꝰ rex tributa. vij. anni ⁊ ministrorũ
templi q̃ philadelphus relaxauerat a iudeis
reuocauit. Qui dũ finitimas regiones supra
moduz infestaret. delata est res ad romanos.
Et missi sunt ad eũ scipio nasica ⁊ scipio affri
canus. ⁊ ab infestatiõe sub religiõe iurisiuran
di amouerũt eũ. Insup tulerũt ab eo obsidez
filiũ eius seleucũ primogenitũ. quẽ volẽs re-
cipere ab eis tradidit ꝓ eo filiuz minorẽ natu
antiochũ epiphanẽ. ita ꝙ esset obses ꝑpetuꝰ.
id est. nõ rediturus. ꝓpter eiusdẽ antiochi seui
ciam. Descẽdit onias in egyptum ad ptholo
meũ epiphanẽ sicut supra dictũ est. ⁊ occisus
est in perside antiochus in fano nanee. ⁊ mẽ-
bratim electus a sacerdotibꝰ. Qui in dolo ꝓ-
miserant ei thesauros. ⁊ cũ paucis induxerũt
eum in aditum.

De seleuco. Caplm. X.

## Ost antiochuz

p magnũ regnauit in siria filius eius
maior seleucus pessimꝰ. sed iners.
Pontifex iudeorũ fuit onias. Nã onia trans
eunte in egyptum. filius eius simon sedit pro
eo. Cui successit filius eius onias. Sub hoc
misit seleucus nunciũ heliodorũ in hierusalẽ
ad spoliandũ cõmune erarium tẽpli. Quo in
gresso in templũ surre
xerunt duo iuuenes đ
latibulis ⁊ occiderunt
eũ. Videť tñ iosephꝰ

Nõ vasa sed dona-
ria in vsus tẽpli.

velle angelos fuisse in similitudinẽ hominuz
In scđo machabeoꝝ libro legiť. quia apparu
it terribilis sessor equi ⁊ conculcabat eũ ⁊ cõ-
fractus est. ⁊ mutꝰ factus sz nõ mortuꝰ. ⁊ duo
iuuenes decori flagellabãt eũ. Timensq3 oni
as indignationẽ seleuci orabat ad dñm ꝓ de
functo ⁊ resurrexit. Qui rediens ad regez ait.
Si habuerit dñs meus aliquos quoꝝ sitiat
sanguine. mittat eos in hierusalẽ vt spolient
templum.

Incidentia.

Eo tempore aristobolus natione iudeus
peripateticus philosophus scripsit cõmenta
rios explanationũ ĩ moysen ptholomeo ph i
lometori.

De antiocho epiphane. Caplm. XI.

## Udiens autem

a antiochus epiphanes q̇ rome ob-
ses erat ꝓ patre patrẽ mortuũ. sciẽs
q3 fratris inertiã. de regno sirie habẽdo ꝓ̃su-
mens. clã romã egressus est. Licet quidã tra
dãt eũ sub ꝯniuentia senatoꝝ redijsse. Reuer
susq3 in siriã benignũ se omnibꝰ ⁊ munificum
exposuit. Strenuus erat in agẽdis. ⁊ acer in
hostes. Vñ ⁊ a ꝓplo cognominatꝰ est epipha
nes qđ sonat illustꝝ. Et mortuo fratre regna
uit ꝓ eo. Tũc iniq̇tatẽ sibi insitã aperuit. quã
ꝓ regno obtinẽdo palliauerat. Tũc surrexe-
rũt in hierusalẽ filij belial. introducẽtes rituz
gentiũ. ⁊ petierũt ab antiocho vt faceret ĩ hie
rusalẽ ephebiã. i. lupanar epheboꝝ. ⁊ ꝙ hiero
solimite scriberenť antiocheni ⁊ gimnasia. in
quibꝰ dogmatizabãt de ritu gẽtilitatis. Et fe
cerũt sibi ꝓ̃pucia. i. nõ circũcidebãt paruulos
suos. vel q̃ ritu ꝓ̃puciatoꝝ viuebãt. Quidaz
tamẽ volũt. ꝙ quedã velamina fecerũt circũ-
cisioni sue. vt in denudatiõe grecꝭ apparerent
dissiles. Causa ꝟo huiꝰ flagicij hec fuit. Oni-
as sine liberis duos habuit fratres. iesum vł
oniã ⁊ iohannẽ. qui ꝯtendebãt de pontifica-
tu. ⁊ vt placerẽt antiocho declinauerũt ad ri-
tus gentiũ: adeo vt etiã noĩa gentiũ sibi impo
nerẽt. Et iesus dictus est iason. vel onias. io-
hãnes ꝟo menelaus. Cũq3 plures essent cuz

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. C.5.9

iasone. supplicauit antiocho de faciendo gimnasio in hierl'm. Et audierūt euz viri pessimi culpabiles i cibo ꝛ violatione sabbati ꝛ huiusmodi. Postea antiochus amouit iasonez ꝛ eleuauit menelaum. Qui secut⁹ est oniam i antiochiā. Hic eñ cū vidisset facin⁹ fratꝝ ꝯsceꝺerat ad regē. si posset mutare animū reg꜡ Qꝺ cū neq̃ret sedebat in antiochia i asilo. Et veniēs post eū menelaus suasit ādronico vt occideret oniam. Qui euocās eū de asilo occidit eū. Et irat⁹ rex p morte iusti andronicū exuit purpura. ꝛ flagellatū p ciuitatē in eodē loco fecit interfici vbi ille occiderat oniā. Porro antioch⁹ cū pcussisset egyptū in dolo ascēdit in hierl'm. ꝛ p diuisione. i. dissensiōe ciuiū ad libitū fecit in ea. ꝛ pcussit multos in hierl'm. ꝛ lugebat oīs terra Cūq₃ rediȷ̈sset in egyptū. ꝛ esset repulsus per nūcios romanoꝝ post bienniū rediȷ̈t in hierusalē in furore. Et aperuerūt ei portas fauentes sibi. Et interemit cōtraria sentiētes. ꝛ expoliauit templū menelao ductore. tollēs vasa et lucernas mensā ꝛ sacrariū. ꝛ vrnā auream. A velis q₃ nō abstinuit. Et posuit in tēplo idolū iouis olimpici vel hospitalis vel pegrini. Oblatōes moysaicas fieri phibuit. altare ereum amouēs. ꝛ carnē suillā edere ꝛ ydolo imolare coegit iudeos. arcemq₃ muniuit in ciuitate dauid. in qua posuit psidiū macedonum qui iudeis erāt in oīb⁹ inhumani. Nā quoscūq₃ circūcidisse filios suos repperissent suspēdebāt ꝛ puulos ad colla eoꝝ. Uidētes autē samarite iudeos hec pati de ꝯsuetudine nature sue. se nō esse cognatos iudeoꝝ fatebant̃. ꝛ qꝺ hactenus pdicauerāt templū sup garizim dei esse maximi negauer̃t. scribētes antiocho in hūc modū. Deo epiphani relatio a sichimitis sydonioꝝ. Maiores nostri ppter pestes quandā supstitionē sabbatoꝝ secuti sunt. edificātes in garizim templū sine numīe. veniūtq₃ iudices vestri ad nos ꝛ similia iudeis nob̃ inferunt. dū ab initio sydones esse noscamur Cohibe iudices tuos ab afflictōe nr̃a. ꝛ tēplū sup garizim in noīe greci iouis vl' anxuris. id est. hospitalis petim⁹ dedicari. Et adiudicauit antioch⁹ facere petitionē eoꝝ

Dicit aug⁹. q̃ ignis sacrificiȷ̈ q̄ p. lxx. annos babilonice captiuitat꜡ sub aq̄s vixerat extinct⁹ est antiocho vendēte sacerdotiū iasoni.

In scꝺo tñ machabeoruz libro ꝺr sol⁹ iasō fuisse frat̃ onie. ꝛ menelaus frat̃ cuiusdā simonis q̄ iuidēs onie psuasit seleuco ꝺ cōmuni erario spoliādo ꝺ quo supra dictū est.

Infra h̃ biēniuz visi sūt i hierl'm i aere cōflict⁹ equitū q̄dragīta dieb⁹.

Sequunt̃ tituli capituloꝝ i historiā Machabeorum. Libri. I.



Incipit historia libri machabeoꝝ
Capl'm. I.

Hunc multi iudeoꝝ spōte quidē timore regis iussa secuti sunt. pbati ꝓ patriȷ̈s legib⁹ adheser̃t. Erat aūt vir ꝺ modin modico iudee vico sacerdos noīe mathathias fili⁹ iohānis filiȷ̈ simōis filiȷ̈ asamonei. ꝺ vice ioachi. i. vn⁹ illoꝝ xxiiij. q̄s dauid elegit. ꝛ i eūdē modū dict⁹ ē zacharias de vice abia. Erātq₃ ei filiȷ̈ q̄nq₃. Johānes. Simō. Judas. Eleazar⁹. Jonathas. ꝛ q̄sq₃ suo cognoīe cēsebat̃. S₃ sufficit de iuda dicere. q̄ dicebat̃ machabeus. Hi vidētes mala īduti ciliciȷ̈s plāxer̃t. Et vener̃t emissariȷ̈ directi a rege i modin. statuētes idola i loco q̄b⁹ cogerēt iudeos īmolare. Et dixer̃t mathathie. Priceps es i ciuitate hac. ꝛ p̄or iussa reg꜡ īple. Qui clamauit. Et si oēs obediāt regi. ego ꝛ filiȷ̈ mei ꝛ frēs mei obediem⁹ legi dei celi. Nō sacrificabim⁹. Tūc q̄dā ex iudeis immolauit i medio. Et surgēs mathathias cum suis trucidauit eū sup arā. ꝛ nūcios reg꜡ interemit. arā q₃ deponens clamauit. Qui dei est sequat̃ me. Et cū omni tribu sua abiȷ̈t in soli-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

tudinē omnia relinquens. Multiq; cū filijs
et vxorib9 ad solitudines cōfugerunt: malētes
herbis vti q̄ inquinari. Quos iudices regis
prius verbis flectere conabant̄ vt eligerent q̄
ꝓsunt ne eis tanq̄ hostib9 vterentur. Qui no
luerūt eos audire. Tūc emissarij regis aggres
si sunt eos in dieb9 sabbatorū quib9 nephas
erat eis arma mouere: ⁊ ꝑcusserūt q̄sdā. Ali-
os in speluncis globis fumiferis suffocātes.
Et perierunt ex eis tria milia: alij habent so-
lum mille. Plures aūt liberati adiuncti sunt
mathathie: ⁊ eum iudicē sibi statuerunt. Qui
docuit eos pugnare in sabbatis dicēs. Si su
per hoc legē seruabitis: eritis hostes leg̃ dā-
tes causam vt pereat populus dei. ⁊ lex cum
populo peribit. Et exinde (dicit iosephus) ꝑ-
manet nobis ꝯsuetudo pugnandi etiam si ta
li die bella ꝯsurgunt. Colligensq; mathathi-
as armatos: aras deposuit idoloꝝ. ⁊ imolan-
tes quos potuit interemit. pueros nōcircūci
sos iussit circūcidi. Et āno vno hūc gessit ma
gistratum. Cūq; grauiter egrotaret: cōuocās
filios ait. Ego decretam ꝓficiscor viam com
mēdo vobis patrias leges vt ꝓ eis grata mē
te moriamini. Nam corpora mortalia sūt. san
ctoꝝ ꝟo monimenta imortalitatis ordinē cō-
sequunt̄. Cōcordiā habete ⁊ simonez ꝓpter sa-
pientiā in ꝯsilijs habete patrē. Iudā ꝟo pro
pter fortitudinē ducē in armis. Et mortu9 est
mathathias ⁊ sepultus in modin Et planxit
eū israel planctu magno. Et surrexit ꝓ eo iu-
das machabe9 filius eius: ⁊ factus est q̄si leo
defendēs israel clipeo suo.

De ꝑlijs iude machabei. Caplm. II.

Wnc appolloni
t us dux samarie i ꝟtute mag̃ egres
sus est contra iudam. Iudas aūt
occurrit ei ⁊ ꝑcussit eum: multosq; cū eo. et re
liqui fugerūt. Tulitq; spolia multa ⁊ gladiū
appollonij: et pugnans in eo omnib9 diebus
vite sue. Seron aūt dux inferioris syrie au-
diens iudam roboratū tulit sub se ꝯstitutos:
et iudeos trāsgressores et castrametatus est
in bethsura. Et occurrit ei iudas et vidēs su-
os ꝓpter paucitatē ⁊ ieiuniū desides hortaba
tur eos: nō in multitudine sed in pietate con-
fidere. Et cōfligens cum syris duce eorū in-
terfecto persequebatur fugientes in descēsu
montis bethoron vsq; in campū. Et cecide-
runt ex eis. dccc. viri. Joseph9 dicit. viij. mi-
lia. Reliqui fugerūt ad maritima loca phili-
stijm: et cecidit timor iude sup̱ gentes. Audi
ens hoc antiochus cōgregauit omnē ꝓpriaz
virtutē: et multos ab insulis mercede cōdu-
xit. Cūq; militib9 stipendia distribueret vidit
thesauros deficere. Nō em̄ ei oīa tributa red
debantur ꝓpter seditiones gentiū. et delibera
uit ire in persidē ⁊ accipere tributa regionuz.
Et reliquit lysiam de genere regali sup̱ nego
cia regni. ab eufrate vsq; ad fines asie inferio
ris. et vt nutriret antiochuz filiū eius donec
rediret. Et tradidit ei medietatē exercit9 ⁊ ele
phantes: ꝑcipiens vt vastaret iudeā ⁊ euer-
teret hierusalē ⁊ gen9 iudeoꝝ extirparet. Ipe
vero abijt in persidē egressus ab emath: quā
reparans antiochiā noīauit. et perambula-
uit sup̱iores regiones. Lisias ꝟo elegit ptho
lomeum nicanorē et gorgias: viros potētes
ex amicis regis. Et misit cū eis. xl. milia pedi
tum: et septē milia equitū vt venirent in ter-
rā iuda. et applicuerūt in emaus in loco cam
pestri. Et superuenerūt syri eis ad auxilium:
et multi transfuge iudeoꝝ. et negociatores q̇
dam sperantes se iudeoruz emere captiuos.
Judas vero cū exercitu venit in masphat et
hortabat̄ suos spem ponere in deū dimittēs
ꝟm legem nouiter vxoratos: et q̇ possessiōes
pauloante acquisierāt. Et assumpsit gorgias
quinq; milia virorū ⁊ tria milia equites ele-
ctos. vbi alij habent vnuz mille equitum. et
egressi sunt circa solis occasum vt per noctē
irruerēt sup̱ iudā Quod ꝑsentiens iudas sta
tuit et ipse castra hostium latenter inuadere
⁊ focos plurimos in castris derelinquēs ꝑ-
uenit ad campestria emaus. Gorgias vero
neminē in castris iudeorum inueniens arbi-
trans eos fugisse in montes querebat eos in
mōtib9. Diluculo apparuit hostib9 in castris
iudas cum tribus milib9 plus vel minus vt
cūq; ꝓpter paucitatē. Cunq; inopinatos ho-
stes inuaderet multos occidit. reliquos ꝑse-
cutus ē vsq; ad gesseron. et campos idumee
et azoti. et ceciderūt ex eis tria milia. Judas
vero dicebat suis ꝑdam cōtemnere dum ad-
huc pugna cōtra gorgiā sup̱esset. Videntes
aūt qui cum gorgia erāt castra suoꝝ incensa.
nā fum9 a lōge hoc eis indicabat sciētesq; su
os in fugā versos: ⁊ ipi terga dederūt. Judas
vero post plenitudinez victorie tulit spolia
multa hostiū: ad ꝓpria remeās ⁊ laudās deū
Et adheserūt iude plures et fuerunt cum eo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

circiter decē milia viroꝝ. Sequenti ꝟo anno ꝯgregauit lisias exercitū. xl. milia viroꝝ. ⁊. v. milia equitū. ⁊ venerūt in iudeā. Et occurrit illis iudas in bethoroth cū decē milib. ⁊ statim ꝑcussores ꝓsternens cōgressus est cū eis Et ceciderūt de exercitu lisie quinq; milia virorū. Et attendens lisias iudeoꝝ audaciā. et timens eoꝝ desperationē. nisi eis viuere cum libertate licuisset rediȷ̄t antiochiā: presidia cōgregās peregrinoꝝ. vt cū maiori apparatu rediret in iudeam.

De purificatione tēpli. Caplm. III.

**Totiēs igitur vi**ctis antiochi ducib ꝑsuasit iudas populo. vt ascenderēt hierosolimā templūq; mundarent. Et inueniētes templū desertū. ⁊ in eo frutices pullulasse. planxerūt planctu magno. Et elegit iudas milites q̇ expugnarēt eos. qui arcem ꝓsidiȷ̄ custodiebant dum ipse templū a feditate purgaret. Qđ diligenter emundās introduxit vasa noua candelabrū ⁊ mensam. aram quoq; ex auro factam Et posuit vela ī ingressu. ⁊ ianuas restaurauit. ⁊ deponens altare

Et eadē die qua destructū fuit templū eadem die reuolutꝭ tribus annis reedificatum est.

quod statuerat antiochus de lapidib nouis aliud edificauit. ⁊ enceniatū est templuz. xxv. die decēbris. Que dedicatio stetit in posteꝝ aliȷ̄s duabus habitis ī dissuetudinē. De hac dictū est in euangelio. Facta sunt encenia in

Una salomoni ī edificatiōe tēpli. secūda neemie in reedificatione.

hierosolimis. et hiems erat. Et obtulerūt holocausta in nouo altari. ⁊ adoleuerunt incensum de veteris altaris calculis igne cōcepto. Et accenderunt luminaria multa. ⁊ dixerunt festum luminum. vel propter multitudinem luminarium. vel quia tūc illuminauerat eos deus sedentes in tenebris. Et statuerunt iudam summum sacerdotem. Facta sunt autez hec post tres annos quibus templum manserat prophanatum ꝺm danielis prefationez. quam ante. cccc. annos et octo predixerat. Et solennizauerunt. viij. diebus sub vmbraculis ꝺm ritum scenophegie. memores ꝙ paulo ante in speluncis habitauerant. statuentes vt posteri per. viij. dies hanc renouationez templi celebrarēt. Un̄ iosephus ait. Ab illo tempore ⁊ hactenus illam festiuitatem celebramus vocātes eam lumina. eo ꝙ ꝓter spem lumē nobis religionis apparuit. Tūc ꝯstruxit iudas murū in circuitu ciuitatis. ⁊ edificauit turres. custodes ī eis deputās. Sed ⁊ bethsurā muniuit. vt ea ꝓ castello aduersus hostes vteretꝛ. arcem tm̄ ꝓsidiȷ̄ nondū obtinuit.

Nota ꝙ hic habes festū iudeorum per ogdoadem. qđ nō obest. quia non fuit festum ex lege.

De preliȷ̄s iude. Caplm. IIII.

**Porro gentes fi**nitime reparationē hierusalē ⁊ robur iudeorum egre ferebāt. ⁊ ꝑseq̄bantꝛ eos. Quos iudas viriliter debellabat. et percussit ydumeos plaga magna. Et pugnauit ꝯtra thimotheū ducem filiorū amon. et fugauit eum ⁊ vastauit iazer. ⁊ rediȷ̄t in iudeam. Et cōgregate sunt gentes que erant in galaad aduersus iudeos qui erāt in finibus eorum. Qui fugiētes in theman. miserunt ad iudam vt ferret eis auxilium nūciantes ꝙ festinaret thimotheus capere locū in quē confugerant. Cunq; adhuc legerentꝛ epistole superuenerunt nunciȷ̄ a galilea. indicantes congregari eos qui erant in ptholomaide ⁊ tyro et sydone aduersus iudeos. Ergo vtrobiq; hostibus nunciatis. misit iudas simonē fratrē suum cum tribus milib electorum in solatium galileorum. Ipse ꝟo cum ionatha fratre suo et. viij. milibus exiȷ̄t in galaaditidē. relinquēs in iudea iosephum ⁊ azariam duces vt seruarent iudeam. sed cum nullo hostium interim bellum cōmitterent. Et venit simon in galileam. ⁊ contrite sunt gentes ab eo. et ꝑsecutꝰ est eos vsq; ptholomaidem: ⁊ tulit spolia eoruz. et iudeos quos trahebant captiuos. ⁊ rediȷ̄t in iudeam. Judas ꝟo ⁊ ionathas transeūtes iordanē ambulauerūt viam triū dieꝝ per desertum. Et occurrerunt eis nabuthei ⁊ susceperunt eos pacifice. ⁊ narrauerunt eis que acciderant fratribus eoꝝ in galaaditide. ⁊ quomodo in munitiōe tenerentꝛ comprehēsi. Judas ꝟo prius incendit bosor ⁊ spoliauit. Et surgens nocte cū diluculo venisset ad obsidionē. vidit portātes scalas ⁊ machinas vt cōprehēderēt munitionē. Et veīt post eos trib ordinib. ⁊ insonuit tuba. ⁊ castra thimothei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

cognouerunt. qꝛ machabeus esset. ⁊ fugerunt ab eo. ⁊ ceciderūt ex eis fere. viij. milia. ⁊ vastauit iudas ciuitates gētiū ī galaaditide. Pꝰ hoc ꝯgregauit thimotheus exercitū aliū ⁊ sedit secus torrentē: iudas ꝟo abijt obuiā illis Et ait thimotheus ꝑncipibꝫ suis. Si transierit iudas ad nos potēs poterit aduersū nos. Si ꝟo timuerit trāsire ⁊ castra posuerit extra flumē: trāseamus ad eū ⁊ poterimꝰ aduersus eum. Et transiuit iudas torrentē relinquens post se qui clamarēt neminē remanere. Et cōtrite gētes fugerūt ad phanū qᵭ erat in carnaim. Judas ꝟo succēdit phanū cū omnibꝫ qui erāt in eo. Tūc ꝯgregauit iudas vniuersos israelitas q̇ erāt in galaaditide: ⁊ vxores ⁊ paruulos vt venirēt ī terrā iude. Cūqꝫ venissent in effron petierūt a ciuibꝫ transitū ⁊ noluerūt eis aperire. Et eradicauit iudas effron: ⁊ per eam transiuit sup̱ interfectos. ⁊ erat iudas cōgregans extremos p̱ totā viā ⁊ exhortās. Et transmisso iordane ascenderūt in montē syon ⁊ obtulerūt holocausta ꝙ nemo ex eis cecidisset. Et redierūt in eadē die iudas de galaaditide: ⁊ simon de galilea. Interim ꝟo dum aberant iosephꝰ ⁊ azarias volētes sibi facere nomen ꝯgressi sunt cū gorgia ⁊ fugerūt. ⁊ ceciderūt de ꝑplō duo milia: ⁊ magnificatꝰ est iudas in israel qui quasi ꝓpheta habebaꝟ. ⁊ predixerat iosepho ⁊ azarie ne egrederenꝟ. Et vastauit iudas ydumeos ⁊ philistijm. Et p̱trāsiens samariā declinauit in azotum. ⁊ combussit aras ⁊ deos eorum: ⁊ cum spolijs redijt in iudeam.

De morte antiochi eupatoris in iudea.

Caplm. V.

Cum hec fierēt in iudea: p̱ambulabat antiochꝰ superiores regiōes. ⁊ audiuit esse ciuitatez elimaidē in perside opulentā. ⁊ templū in ea locuplex in quo erāt velamina aurea et lorice et scuta que reliquerat alexander. ⁊ querebat p̄dari eam sed nō potuit. nā elimaite fugauerunt eū ignominiose. ⁊ nunciatum est in via ei quomō fracti erant principes eiꝰ in iudea. Et versus in furorem iussit agitari currū suum sine intermissiōe. superbe intonās venturum se hierosolimā ⁊ facere eam poliandꝝ iudeoꝝ. Et statim apprehēdit eū amarus dolor viscerum. ⁊ contigit eū in impetu euntem de curru cadere: ⁊ collisus est. Et manifestauit deus in eo virtutem suam: vt qui sibi videbatur etiā fluctibꝫ maris imperare. ⁊ montiū altitudines in statera appendere in gestatorio portareꝟ Et ebullierūt vermes de carnibus eius ⁊ viuētes effluebāt ⁊ fetore illius ḡuabaꝟ exercitꝰ. Cūqꝫ nec ipse fetorez suū ferre potuisset ductus est ad agnitionē sui venire. ⁊ ait. Justū est mortalem subditū esse deo et vouebat se liberaturū iudeos ⁊ pares atheniensibꝫ facturū. Pollicebatur quoqꝫ se futurum iudeū. ⁊ in omni loco predicaturum dei potestatē ⁊ desperans scripsit omnia hec ad iudeos: orans vt fideliter adhererēt antiocho filio eius. Cūqꝫ profiteretur se pati hoc propter templi violationē miratus est iosephus polibiū virū bonum dixisse: ideo perijsse antiochum. qꝛ voluit templū diane in perside deuastare. Nam qui nullatenus egit peccatū sed tantum cogitauit nullo reatu teneꝟ. Hic patet ꝭm opinionem iosephi. quia lex cohibebat manū ⁊ non animum. Tunc vocauit antiochus philippū collactaneum suum ⁊ constituit eum tutorez regni: dans ei diadema ⁊ stolam ⁊ anuluz vt ferret ea ad antiochum filium suum: ⁊ poneret eum super soliū regni. Et mortuus est antiochꝰ peregre in mōtibꝫ ⁊ miserabiliter. Qᵭ cum accepisset lisias constituit antiochū quē nutrierat regē. ⁊ vocauit eum eupatorē. Tūc cogitauit iudas vt obsideret eos qui erant in arce presidij. ⁊ fecit balistas ⁊ machinas ⁊ cōfortauit aggerem. Tunc egressi sunt quidā de obsessis. ⁊ adiunxerunt se illis aliqui ex impiis israel ⁊ venerunt ad regem ⁊ dixerūt. Quousqꝫ non vindicas nos. qui decreuimus seruire patri tuo ⁊ tibi. Ascende ⁊ libera obsessos tuos. ⁊ redde nobis hereditates nostras. Et iratus rex vehementer collegit exercitum. Sed ⁊ de regnis alijs venerunt ad eum conducticij. ⁊ erant. c. milia peditum. ⁊. xx. milia equitum. ⁊ elephantes. xxxij. Et applicuit ad Bethsuram. vt expugnaret eam. et reces-

Quibꝫ de causis punit deus hoies. vel ad correptionem. vt mariā sororē moysi. Ad maiꝰ meritū vt iob. Ad ꝯseruationē virtutū. vt paulū per angelū sathane. Ad manifestationē glorie diuine. vt de ceco nato legiꝟ. neqꝫ h. n. p. e. ⁊ cetera. Vel ob ostensionē inchoatōis pene alicuius hic ⁊ permāsure in futuro. vt in antiocho.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

ſit iudas ab arce ⁊ admouit caſtra ꝯtra caſtra regis. Et ordinauit rex diluculo exercitum. ⁊ oſtēderūt elephātis ſanguineꝫ vue ⁊ mori. ad acuendū eos in preliū. ⁊ aſtiterūt ſingulis elephantib⁹ ad cuſtodiā mille pedites loricati. ⁊ equites. d. ⁊ turres lignee erant ſup̄ ſingulos ⁊ in turre. xxxij. viri pugnātes deſup̄. ⁊ intus magiſter beſtie. Et diſtēta eſt pars exercit⁹ regis ſup̄ montes. alij p̄ loca ibāt humilia. Et reſplenduit ſol in clipeos aureos. ⁊ reſplenduerūt mōtes ex eis. ⁊ apparuit iudas in prelio cū ſuis. ⁊ ceciderunt de exercitu regis. dc. viri. Et vidit eleazarus frater iude vnā de beſtijs ceteris eminentiorē. ⁊ arbitrās regeꝫ eſſe in ea: cucurrit p̄ hoſtes. ⁊ ſubijt elephantē et effodit eū in vmbilico. ⁊ cadens elephas oppreſſit eū. Tūc diuerterūt iudei a p̄lio. ⁊ aſcendit rex poſt eos. ⁊ capta bethſura poſitiſq; in ea cuſtodib⁹ obſedit hieruſalem. ⁊ ſtatuit illic baliſtas ⁊ machinas ⁊ ignis iacula ⁊ ſcorpios ad mittēdas ſagittas ⁊ fūdibula. Eſce aūt nō erāt in vrbe. eo q̄ ſeptim⁹ ann⁹ eſſꝫ ⁊ egreſſi ſūt plures. Tūc audiuit liſias q̄ philippus redierat a perſide. ⁊ querebat ſuſcipe regni negocia. ⁊ ſuggeſſit regi dicēs. Deficim⁹ quotidie. eſca nobis modica eſt. ⁊ munit⁹ eſt locus quē obſidem⁹. ⁊ incūbit nobis ordinare de regno. Demus ḡ dextras hoib⁹ iſtis. ſtatuētes vt ambulēt in legib⁹ ſuis. ⁊ ſeruiāt nobis. Et facta pace iurauit rex ⁊ principes ei⁹. ⁊ intrauit montē ſyon. ⁊ videns munitionē loci rupit iuſiurandū. ⁊ deſtruxit murū in giro. Et reuerſus antiochiā inuenit philippū dn̄antem in ea: ⁊ vi occupauit ciuitatē.

De demetrio ⁊ nicanore. Capl'm. VI.

D tempore exiit demetrius ſeleuci filius ab vrbe roma. ⁊ aſcēdit in ciuitates maritimas ⁊ regnauit ibi. Hūc dū adhuc puer eſſet patruus ei⁹ antiochus epiphanes p̄uauerat regno. ⁊ aſcēdit romā in accuſationeꝫ patrui. Audiēs ꝟo patruū defunctū redijt. ⁊ plures receperūt eū. Sed exercitus ligauit antiochum ⁊ liſiā vt traheret eos ad eū. Qd̄ cū accepiſſet ait. Nolite mihi oſtēdere faciē eorū. Et occidit eos exercit⁹. et ſedit demetri⁹ ſup̄ ſolium patris ſui. Tūc venerūt ad regē impij ex

Quia german⁹ me⁹ eſt antioch⁹. nō deceret me occidere eum. ſꝫ vos occidite.

iſrael. ⁊ alchimus aaronita dux eoꝝ qui volebat fieri ſacerdos. Et accuſauerūt iudā dicentes. Perdidit iudas oēs amicos ſuos. ⁊ nos diſperdidit de terra noſtra. Mitte ergo viruꝫ cui credis qui videat exterminiuꝫ ⁊ vindicet nos. Et ꝯſtituit rex alchimū principem ſacerdotū. ⁊ miſit cū exercitu bachideꝫ in iudeam. Qui miſit nūcios ad iudā ⁊ frēs ei⁹ in dolo loquētes de pace. Et nō attēdit iudas ſermonibus eoꝝ. Multi ꝟo de p̄p̄lo crediderunt eis dicētes. Homo ſacerdos de ſemīe aaron venit nō decipiet nos. Et egreſſi ſunt ad bachidem. ⁊ occidit ex eis ſexaginta viros vna die. ſcḋm illud. Sanguinē ſanctoꝝ tuoꝝ effuderūt in circūitu hieruſalē. ⁊ non erat qui ſepeliret. Alij fugerūt ab eo dicētes. Nō eſt ei veritas et iudiciū. Tūc receſſit bachides a hierl'm. et applicuit in bezeecha. ⁊ multos ex eis qui a ſe refugerāt occidit. ⁊ p̄iecit in puteū. Et cōmiſit regionē alchimo relinquēs ei adiutores. et ipe reuerſus eſt in antiochiā ad regē. Tūc alchim⁹ ſeducebat oēs verbis. ⁊ ad libitū cuiq; loquens ſubito manu valida transfugarū circūſept⁹ eſt. ⁊ fecit mala in hierl'm plus q̄ꝫ omnes gētes. Qd̄ attēdēs iudas ceſſauit exire ī regiōes ⁊ fecit vindictā in viros deſertores. Vidēs aūt alchim⁹ q̄ nō poſſet iudā ſuſtinere redijt ad regē: accuſans iudā in multis. Et miſit rex nicanorē qui cū eo fuerat rome in iudeā. mandās ei euertere p̄p̄l'm. Et venit nicanor in hierl'm cū exercitu. ⁊ locut⁹ eſt ad iudaꝫ in dolo verbis pacificꝭ ⁊ ſalutauerūt ſe inuicē. Sꝫ cū iudas intellexiſſet īſidias. exilijt ⁊ refugit ad ſuos. Poſtea ꝯgreſſi ſūt iuxta vicū capharſalama. ⁊ vict⁹ iudas fugit in ciuitatē dauid Et egreſſi ſūt ſacerdotes ad nicanorē ſupplicātes ⁊ oſtēdentes holocauſta q̄ offerebāt ꝓ rege. ⁊ irridēs ſpreuit eos. ⁊ apponēs manū capiti iurauit. Niſi tradit⁹ fuerit mihi iudas cū rediero ſuccendā locū iſtū. Et receſſit nicanor a hieruſalē. ⁊ venit in bethorō. ⁊ ſuſcepit exercitū ſyrie ſibi deſtinatuꝫ. Et exiuit iudas cū trib⁹ milib⁹ poſt eū. ⁊ cōmiſerūt preliū tercia die menſis adar. ⁊ contrita ſunt caſtra niconoris. ⁊ cecidit ipe primus. ⁊ fugit exercit⁹ eius armis proiectis. Et egreſſi ſunt de caſtellis iudee in circūitu: et percuſſerunt eos vſq; ad vnum. Et caput nicanoris amputantes et dexteram quaꝫ ſuperbe extenderat ſuſpenderunt ea contra hieruſalem. ⁊ linguam eius minutatim inciſam dederunt auibus ad co-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

medendū. Et statuerūt diem illam solennem omnib⁹ annis. Et siluit terra iuda a plⁱijs dies paucos.

De federe iudeorum cum romanis. Capl'm. VII.

Unc audiuit iudas nomē romanoꝝ ꝛ virtutes eorū quas fecerāt in orbe. ꝛ quos volebāt vel priuabāt regno vel exaltabant ꝛ ꝙ cū amicis optime ꝯseruabant amicicias. ꝛ in omnib⁹ istis nemo postulabat sibi diadema. Et fecerāt sibi curiā. ꝛ cccxx. ꝯsiliū agentes. Et misit romā eupolemū filiū iohānis. ꝛ iasonē filiū eleazari. Qui intrātes curiā dixerūt. Judas machabeus et fratres ei⁹. ꝛ ppl's iudeorum miserūt nos ad vos statuere vobiscū societatē. ꝛ vt auferatis ab eis iugū grecoꝝ. Placuitq; sermo romanis. ꝛ scripserūt federis formā. ꝛ rescriptū in tabulis eneis miserūt in hierusalē. vt esset ibi memoriale in hūc modū Bene sit romanis ꝛ genti iudeoꝝ in mari ꝛ in terra. Et pax in eternū. Qḋ si institerit bellū romanis: auxiliū feret gens iudeoꝝ nō accipiens stipendia a romanis. Jdipm faciēt romani iudeis. Tūc scripserūt romani ad demetriū. Quare grauasti iugū tuū sup amicos nostros ꝛ socios iudeos. Si ḡ iterū adierint nos aduersum te. faciem⁹ illis iudicium. ꝛ pugnabimus tecū terra mariq;.

Respublica romanoꝝ pri⁹ regib⁹ tractabat quorū prim⁹ romulus. scḋs rem⁹ postea p ꝯsules. tercio p imperatores. quoꝝ prim⁹ fuit iulius cesar.

De morte iude. Capl'm. VIII.

Nterea cum audisset demetri⁹ ꝙ cecidit nicanor cū suis misit rursū in iudeā bachidem ꝛ alchimū. ꝛ dextrū cornu cū illis ꝛ applicuerūt exercitū ad hierusalē. Et surgētes abierunt in berea. ꝛ iudas posuit castra in laisa. cū trib⁹ milib⁹ electoꝝ. Qui vidētes multitudinē hostiū timuerūt valde. ꝛ subtraxerūt se de castris. nec remanserūt cū iuda. nisi. dccc. viri. Sed ꝛ iudas corde dissolutus est nā bellū perurgebat eū. nec habebat tēpus cōgregandi. Et locuti sunt ad eū qui residui erāt. Non poterim⁹ ꝯtra eos. sed liberem⁹ aīas nostras mō ꝛ reuertamur ad fratres nostros. ꝛ tūc pugnabim⁹ aduersus eos. Qui rūdit. Absit istā rem facere vt fugiam⁹ ab eis. ꝛ supinducam⁹ opprobriū glīe nr̄e. sed moriamur ī virtute. ꝑpter fratres nostros. Et ꝯgressi sunt cū hostib⁹ ꝛ expugnabāt cornu dextrū. Qui autē in sinistro cornu erant. venerūt eis a tergo. ꝛ ingrauatū est preliū. ꝛ cecidit iudas. ꝛ ceteri fugerūt. Symon aūt ꝛ ionathas fratres ei⁹ redimētes corp⁹ eius ab hostib⁹ tulerūt illud ī modin. Et sepelierūt in sepulcro patrū suoꝝ. Et planxit eū populus terre planctu magno. et emerserūt iniqui in isrl'. ꝛ facta est fames magna. ꝛ tradidit se bachidi omnis regio. Et elegit bachides impios viros. ꝛ ꝯstituit eos dominos regiōis. Qui ꝑsequebant amicos iude. ꝛ cōgregati sūt amici iude. eligentes ionathan in ducē sibi.

De ionatha. Capl'm. IX.

Et surrexit ionathas loco iude fratris sui. ꝛ querebat bachides eū occidere. Tūc ionathas cū suis fugit in desertū thecue. ꝛ misit fratrē suū iohannē ad nabutheos amicos suos vt cōmodarēt ei apparatū suū qui erat ꝑciosus. Et exeuntes filij iamri ꝑcusserūt iohannē ꝛ tulerūt oīa que habebat. Post hᷓ nūciatū ē ionathe ꝛ simoni fratri ei⁹ ꝙ filij iamri facerent nuptias. ꝛ ducerēt sponsam ex madaba. ꝛ surrexerūt ad eos de insidijs ꝛ ꝑcusserunt multos in vindictā sanguis fratris sui. ꝛ redierūt ad ripā iordanis. Et audiuit bachides ꝛ venit die sabbatoꝝ in virtute magna. Et dixit ionathas ad suos. Ecce bellū ex aduerso. aqua ꝟo iordanis hinc ꝛ inde. ꝛ paludes ꝛ saltus. ꝛ nō est locus diuertendi. Clamate ergo in celū. ꝛ pugnem⁹. ꝛ cōmissum est bellū. Et ceciderūt ex pte bachidis mille viri et versus est bachides in fugā ꝛ reuersus est ī hierusalē. ꝛ edificauit in iudea ciuitates munitas. ꝛ posuit custodiā in eis. Et accepit filios principū regiōis obsides. ꝛ posuit eos in arce in hierl'm in custodia. Tūc ꝑcepit alchimus destrui muros dom⁹ sancte interioris. et destrui opa ꝓphetarum. Cūq; cepisset destruere ꝑcussus est paralisi ꝛ mortuus est cum tormēto magno. Tūc redijt bachides ad regem ꝛ siluit terra iuda duob⁹ annis. Post q̄s viri iniqui in israel reduxerūt bachidē in iudeam. Qui voluit cōprehendere ionathan occulte sed nō potuit. nā innotuit cōsiliū ei⁹ ionathe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

Qui cōpꝛehendens.l. viros de his qui insi-
diabāt ei occidit eos. Et secessit ionathas cū
suis in bethessi.q̄ est i deserto: ⁊ ꝯfirmauit eā
Et ascēdit bachides i ꝟtute magna ⁊ obsedit
bethessen. Et egressus ionathas reliq̄t simo-
nē in ciuitate.⁊ fecit sibi ionathas numerum
⁊ ꝑcutiebat ꝑ noctē m̄ltos hostium in taber-
naculis eoꝝ. Simon ꝟo egressus de ciuitate
succēdit machinas.⁊ pugnauerūt ꝯtra bachi
dem.⁊ ꝯtrit⁹ est ab eis. Et irat⁹ est bachides
ꝯtra viros qui reduxerāt eū in iudeā. Et mul
tos ex eis occidit. Q̄ð audiēs ionathas. mi-
sit ad eū legatos pacē cōponere cū eo.q̄ libē-
ter accepit: ⁊ iurauit se nihil mali facturū io-
nathe omnib⁊ dieb⁊ vite sue. ⁊ reddidit ei ca-
ptiuitatē quā pri⁹ erat p̄dat⁹ in terra iuda: et
rediȷ̄t in terrā suā. Et cessauit gladi⁹ ex israel.
⁊ sedit ionathas in machinis iudicās ibi po
pulū.⁊ exterminās ipios ex israel.

De alexādro. Capl'm. X.

## [e] O tempoꝛe ascē

dit alexāder fili⁹ antiochi epipha-
nes: ⁊ occupauit ptholomaydā. et
reguit in ea. Q̄ð audi-
ens demetri⁹ ꝯgrega-
uit exercituȝ.⁊ misit ad
ionathan. vt secū face-
ret pacē. Et nō cū ale-
xādro. Insuꝑ dedit ei
potestatē ꝯgregādi ex-
ercitū: ⁊ obsides q̄ erāt
in arce iussit ei reddi.
Et venit ionathan in
hierusalē. ⁊ cepit inno
uare ciuitatē.muniuit montē syon in circūitu
⁊ fugerūt custodes quos posuerat bachides
in iudea. Tamē in bethsura aliqui remanse-
rūt.que erat eis ad refugiū. Et audiuit alexā
der ꝓmissa que fecerat demetri⁹ ionathe. ⁊ p̄-
lia ⁊ virtutes quas ipe fecerat ⁊ frēs ei⁹.⁊ scri
psit ad ionathan dicēs. Audiuim⁹ de te ꝙ vir
potēs es ⁊ aptus vt sis amicus noster.⁊ nunc
ꝯstituimus te hodie summū sacerdoteȝ gētis
tue: ⁊ vt amicus regꝫ voceris. Et misit ei pur
purā ⁊ coꝛonā aureā.⁊ induit se ionathas sto
la sancta in die solenni scenophegie.⁊ ꝯgrega
uit exercitū.⁊ fecit arma copiosa. Q̄ð audiēs
rex demetrius ꝯtristatus est. ⁊ remisit ad io-
nathan in hec verba. Manete in amicitia no
stra.⁊ nūc absoluo oēs iudeos a tributis. et

Ab eo tp̄e ex q̄ anti
och⁹ epiphāes q̄ ob
ses erat rome post
moꝛtē patrꝫ. frē suo
spꝛeto demetrio ei⁹
filio in regnū succes
sit.ꝯtētio erat de re-
gno int̄ successoꝛes
fratrū illoꝝ.

potestatem arcis que est in hierusalē do sum-
mo sacerdoti.⁊ omnē animā iudeoꝝ que est i
regno meo captiua relinquo liberā gratis.et
ꝙ oēs dies solennes sint dies imunitatis ⁊ re
missionis.⁊ dies decreti circa illos.i.tres an-
te solennitatē.⁊ tres post Ptholomaidē ⁊ du
as ciuitates ꝯfines eius do summo sacerdo-
ti ad necessarios sumptus sanctoꝝ.⁊ singulis
annis.xv.milia sicloꝝ argenti ad instaurāda
oꝑa sanctoꝝ.⁊ ad innouādos muros in hie-
rusalem.⁊ in iudea sumptus dabunt̄ d̄ ratio-
nibus regis. Jonathas aūt ⁊ populus nō cre
diderūt ei. Et cōplacuit eis in alexandro.⁊ fe
rebant ei auxiliū omnib⁊ dieb⁊. Tūc ꝯgrega-
uit rex alexander exercitū ⁊ mouit castra con-
tra demetriū ⁊ fugit exercitus demetrij.⁊ ceci
dit demetrius in illa die Tūc misit alexander
ad ptholomeū regē egypti dicēs. Da mihi fi-
liam tuā vxoꝛē. Et acquieuit ptholome⁹. si-
gnificās vt occurreret ei ptholomaide. Et ex
iuit ptholomeus de egypto ⁊ filia eius cleo-
patra.⁊ occurrenti sibi alexandro in ptholo-
maide dedit ei vxoꝛē. Tunc alexāder vocauit
ad se ionathan.⁊ veniens ionathas ptholo-
maidem inuenit gratiā in conspectu duoꝛuȝ
regum. Et venerunt quidā pestilentes ex isra
el post eum ⁊ accusabant. Sed nō attēdit ad
eos rex.sed magnificabat ionathan.⁊ induit
eum purpura ⁊ scripsit euȝ inter pꝛimos ami-
cos. Sunt autem quattuoꝛ insignia regalia
purpura figula aurea.diadema ⁊ sceptrum ⁊
reuersus est ionathas in hierusalē cū gl'ia.

De demetrio cretensi. Capl'm. XI.

## [p] Ost tres annos

venit demetri⁹ fili⁹ demetrij a cre-
ta. Hic occiso patre i p̄lio: fugit ad
cretenses parētes maternos. Et resumptꝫ vi-
ribus rediȷ̄t in maritimā philisteoꝝ ⁊ in siriaȝ
cheles. Et ꝯstituit appoloniū ducē exercit⁹.
qui ꝓuocauit ionathan in pꝛeliū. Qui assum
ptis decē milib⁊ egressus est de hierusalē.⁊ ve
niens ioppen.expulit inde appoloniū.⁊ obti-
nuit eam. Et ibat appolloni⁹ in azotum ⁊ inse
cutus est eū ionathas.⁊ cōmiserūt in pꝛeliuȝ
in campo. Et fugerūt equites appollonij in a
zotum.⁊ intrauerūt fanū dagon. vt se tuerent̄
Et succendit ionathas ciuitatē ⁊ fanū. ⁊ eos
qui erāt in eo.⁊ fuerunt de occisis in campo
et succensis in fano fere.viij.milia. Et transi-
uit ionathas in ascalonem.⁊ receperunt eum



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. C.5.9

ascolonite in gloria. Et rediit ionathas ī hierusalē. Et audiuit alexander rex virtutē eius. ⁊ addidit adhuc glorificare ionathan. ⁊ misit ei fibulam aureā. que solet dari cognatis regum. ⁊ dedit ei acharon ⁊ omnes fines eius. Et cū vterer̄ ionathas duobꝫ insignibꝫ regiis forte signū erat de renouatione regni iudeorum. Et ascēdit alexāder in supiores partes cilicie. Et egressus est rex egypti socer eius in virtute magna ⁊ querebat obtinere regnū alexandri in dolo. Et aperiebant̄ ei ciuitates et occurrebant ei. sic em̄ mādauit alexander. Et transiēs in singulis ciuitatibꝫ relinquebat custodias. Et vt appropinquabat azoto. ostenderunt ei templū dagon succensū. ⁊ cetera demolita. ⁊ eoꝝ tumulos qui occisi fuerant. Et dicebāt. Sic fecit ionathas vt inuidiam facerēt ei. et tacuit rex. Et occurrit ionathas ptholomeo in ioppen ⁊ salutauerūt se. Et abiit ionathas cū rege vsqꝫ ad fluuiū eleutherū. ⁊ rediit in hierusalē. Cumqꝫ ptholomeꝰ obtinuisset ciuitates vsqꝫ ad seleuciā maritimaꝫ. misit ad demetriū dicens. Ueni cōponamus pactū ⁊ dabo tibi filiam meā. Penitet em̄ me ꝙ dederim illā alexādro. Et tollēs filiā suaꝫ dedit eam demetrio. ⁊ recessit ab alexādro manifeste. Et intrauit ptholomeꝰ anthiochiā. ⁊ imposuit sibi duo diademata egypti ⁊ asie. Tūc alexāder venit ꝯtra eū in preliū. ⁊ victus est a ptholomeo. ⁊ fugit in arabiā ad parētes maternos cū antiocho filio suo. Rex aūt arabuꝫ timens virtutē ptholomei occidit alexandrū ⁊ reseruauit filiū ⁊ misit caput alexandri ptholomeo. qui gauisus est. Sed factū est vt tercia die morerer̄. ⁊ regnauit demetriꝰ in solio patrū suoꝝ. In diebꝫ illis expugnauit ionathas arcē que erat in hierusalē. ⁊ nunciauerūt hoc demetrio quidā iniqui ex israel. Qui iratus venit ptholomaidē. ⁊ scripsit ionathe ne obsideret arcē. sed occurreret ei festinato. Et elegit ionathas de senioribꝫ israel. et dedit se periculo. Et accepit pecuniā multā ⁊ vestes. ⁊ abiit ad regē. ⁊ dans ei munera inuenit gratiam in ꝯspectu eius. Et licet multi accusarēt eum: magnificauit eū rex in conspectu omnium. ⁊ statuit ei pricipatū sacerdotii. ⁊ quecunqꝫ habuerat prius. Et vidit demetriꝰ qꝛ siluit terra in conspectu eius. ⁊ dimisit exercitum in loca sua. ⁊ retinuit secū exercitū ꝑegrinū. ⁊ inimici erant ei omnis exercitus patris eiꝰ. Trifon autē erat quidā partiuꝫ alexandri prius. qui videns ꝙ omnis exercitus murmurabat contra demetriū. iuit in arabiam vt reduceret inde antiochū filiū alexandri ī terrā patris sui. Eo tēpore dū demetrius erat offensus suis. misit ad eū ionathas vt eiiceret eos qui erant in arce in hierusalem. ⁊ qui in presidiis erāt quia impugnabāt israel. Et rescripsit demetrius dicens. Hec ⁊ maiora faciam tibi cū fuerit opportunū. Nūc aūt recte feceris si miseris mihi viros in auxiliū quia discessit exercitus meus a me. Et misit ei ionathas. iii. milia electoꝝ in antiochiā. ⁊ ꝺlectatus est rex in aduentu eorū. Et surrexerunt anthiocheni. c. xx. milia. ⁊ volebant interficere regem. Et fugit rex in aulā. Et misit iudeos per ciuitatē. et occiderunt centū milia hominum. ⁊ liberauerunt regē. Residui ꝟo ciuiū dederunt dexteras regi et fecerunt pacē. ⁊ glorificati sunt iudei ⁊ redierūt in hierusalē. Et siluit terra in cōspectu demetrii. ⁊ mentitus est omnia que dixerat ionathe. ⁊ recessit ab eo et vexabat eum valde.

De antiocho adolescēte. Caplm. XII.

E tempore reuersus est trifon de arabia reducēs antiochū adolescentez. ⁊ imposuit ei diadema. Et cōgregati sunt ad euꝫ exercitꝰ quos disperserat demetrius. ⁊ pugnauerunt ꝯtra demetriū ⁊ fugit. Et obtinuerunt antiochus ⁊ trifon antiochiā. Et scripsit antiochꝰ adolescens ionathe dicens. Cōstituo tibi sacerdotiū. ⁊ cōstituo te sup quattuor ciuitates vt sis de amicis regis. Et misit illi vasa aurea dās ei potestatē bibēdi in auro. ⁊ esse in purpura. ⁊ habere fibulā aureā. Et simonē fratrē eius ꝯstituit ducē a terminis tiri vsqꝫ ad fines egypti. Et exiit ionathas. et ꝑambulabat ciuitates. ⁊ venit ascalonē. ⁊ occurrerunt ei honorifice. Azotēses ꝟo prius resistētes ei postea dederūt ei dexteras. Et accepit obsides ex eis. Et misit eos in hierusalē. ⁊ ꝑambulabat regiones vsqꝫ in damascū. agens regni negocia. Et audiuit ionathas qꝛ principes demetrii qui erāt in c... galilee cum exercitu magno volebāt eum remouere a negocio regni. Et occurrens illis: relinquēs fratrē suū simonem intra prouinciā. congressus est cū eis. et fugerunt omnes qui erant cum ionatha preter duos. Et scidit ionathas vestimenta sua ⁊ orauit. Et aggressus hostes conuertit eos in

fugam. Et redierũt ad eum qui recesserãt ab eo. ⁊ insecutus est hostes vsq; ad castra eorũ que erãt in cades. ⁊ ceciderũt ex eis tria milia Et rediit ionathas in hierusalẽ. ⁊ misit romã renouare cũ eis amiciciã. Sparciatis q̃z scripsit quos supra lacedemonios diximꝰ dicẽs Pridẽ scripsit nob darlꝰ rex vester. sub onia summo sacerdote iudeoꝝ qꝛ de genere abrae estis. ⁊ fratres nr̃i. ⁊ fecimꝰ nobiscũ fraternitatem. Ex tũc memores sumꝰ vestri ĩ sacrificiis ⁊ obseruatiõib; nostris. sicut decet nos meminisse fratrũ. ⁊ nũc misimꝰ ad vos vt innouemꝰ fraternitatẽ. Et rescripserũt sparciate. pecora nostra ⁊ possessio nr̃a vestra sint. ⁊ vestra nr̃a ⁊ innouata est fraternitas. Et audiuit ionathas q̃ iterum egressi sunt p̃ncipes demetrii cũ exercitu multo supra q̃ꝫ prius. ⁊ egressus ẽ aduersus eos. Qui cũ audissent aduentũ ionathe. nocte fugerũt relinquẽtes focos in castris. Et mane insecutus est eos ionathas: et nõ comp̃hendit. Transierãt enĩ flumen eleuterum: ⁊ diuertit ionathas ad arabes qui dicunt̃ zabadei ⁊ p̃cussit eos. Simõ aũt in ioppen declinauit. Audierat enĩ q̃ vellent p̃sidium tradere partib; demetrii. et posuit ibi custodes. ⁊ rediit ionathas in hierusalem ⁊ innouauit muros ĩ ea. ⁊ muniuit eã valde inter arcem ⁊ ciuitatẽ. vt esset ciuitas singl'aris in terra. ⁊ nec emãt nec vendãt. i. nõ indigẽtes bonis alioꝝ. Eo tp̃e cogitauit trifon occidere antiochũ adolescentẽ ⁊ imponere sibi diadema. s; timuit ionathã strenuũ defensorẽ antiochi. Et elegit vt eum prius occideret. scripsitq; ionathe vt occurreret ei in bethsan. Et venit ad eũ ionathas cũ c. xl. milib; viroꝝ. Vidẽsq; trifon q̃ nõ posset extendere manus in eũ. honorauit eũ dans ei munera. ⁊ p̃cipiẽs exercitibus suis. vt obedirent ei sicut sibi. Et ait ionathe. Ut q̇d vexasti p̃p̃lm. Elige tibi paucos ⁊ veni mecũ ptholomaidẽ. ⁊ tradã eã tibi. ⁊ reliqua p̃sidia. ⁊ exercitũ. ⁊ vniuersos ministeriales regni. ⁊ redibo. Et credidit ei ionathas. ⁊ remisit in iudeam exercitũ. ⁊ retinuit tantũ tria milia. ex quibus dimisit in galileã duo milia. Et erãt mille cũ eo. Cũq; intrasset ptholomaidẽ ligauerũt eũ ciues. ⁊ oẽs qui erãt cũ eo interfecerũt. Et planxit oĩs terra iuda ionathã. estimãs occisũ esse. Et dixerũt gẽtes q̃ erãt in circuitu iudee. Nõ habẽt principẽ. tollamus de homĩb; memoriã eoꝝ. Et ɔgregauit trifon exercitũ. vt veniret in terrã iuda. ⁊ attereret eã. Timẽsq; populꝰ ascẽdit ĩ hierl'm. ⁊ ait simoni. Tu es dux noster loco iude ⁊ ionathe fratris tui.

In libro machabeorũ ita. Et ɔuocatis senioribus p̃p̃li cogitauit innouare muros ⁊ exaltare altitudinẽ magnã inter ciuitatẽ ⁊ arcẽ. vt separet eam a ciuitate. et esset singulariter.

De simone. Capl'm. XIII.

Et accelerauit simon ɔsummare muros hierusalẽ. ⁊ misit exercitũ in ioppen. Cognoscens aũt trifon. q̃ surrexit simon loco ionathe. misit ad eũ legatos dicẽs. Pro argẽto q̃d debebat ionathas frater tuus. in ratiõe regis detinuimus eũ. Et nunc mitte argẽti talẽta. c. et duos filios eius obsides. ⁊ remittemꝰ eum. Cũq; cognosceret simon dolũ eius. misit tamen argentũ ⁊ pueros. ne murmuraret p̃p̃lus dicẽs. nõ redemit fratrẽ volens regre. Et mẽtitꝰ est trifon ⁊ intrauit regionẽ. vt ɔtereret eã Et cum appropinquasset baschama. vidẽs q̃ nõ p̃ficeret. ionathan ibi occidit ⁊ filios eius. et rediit in terrã suã. Et misit simon ⁊ accepit ossa ionathe. ⁊ sepeliuit eũ in modin. Et statuit. vii. piramides patri ⁊ matri. ⁊ q̃ttuor fratribus ⁊ sibi. ⁊ circũposuit colũnas magnas. et sculpsit in eis arma ⁊ naues ad memoriã eternam. Trifon aũt cũ iter faceret cum antiocho adolescẽte. dolo occidit eũ. ⁊ regnauit p̃ eo in asia. Tũc edificauit simon p̃sidia in iudea et misit ad demetriũ. vt faceret pacem cum eo. ⁊ mittens munera rogauit vt faceret remissionẽ regioni. Et scripsit demetrius dicẽs. Munera suscepimꝰ. ⁊ pacẽ facimꝰ vobiscũ magnam remittẽtes ignorãtias ⁊ peccata vsq; in hodiernũ diẽ. ⁊ nũc absoluimꝰ vos ab omni tributo. Et ablatũ est iugũ gentiũ ab israel. Et ex tũc cepit scribere populus israel in tabulis et gestis publicis annotatiões tp̃is in hũc modũ. Anno p̃mo sub simone summo sacerdote. magno duce ⁊ principe iudeoꝝ. Tũc descẽdit simon in gazam. ⁊ obsedit eã. ⁊ eiecit idolatras ⁊ idola de ciuitate. ⁊ mundauit edes. ⁊ collocauit in ea viros qui legẽ facerẽt ⁊ muniuit eam. ⁊ fecit sibi habitationem. ⁊ obsedit eos qui erant in arce hierusalẽ. Et clamauerunt ad simonẽ. vt acciperẽt dextras. ⁊ dedit illis. ⁊ eiecit eos inde. ⁊ mundauit arcem a contaminationib;. ⁊ intrauit eam cũ musicis in-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

strumentis.hymnis ⁊ ramis palmaꝝ.statuēs vt omib⁊ annis agerēt hec dies cū leticia. Et vidit simon iohānē filiū suū ꝙ vir esset pliꝫ. Et posuit eū sub se ducem.⁊ dedit ei gazā ad habitandū. Tūc congregauit rex demetriꝰ exercitū ⁊ intrauit mediā ad ꝯtrahenda sibi auxilia vt expugnaret trifonē. Sed arsaces rex ꝑsidis ⁊ medie misit vnū de principib⁊ suis.qui percussit castra demetrij.⁊ cōprehēdit eū viuū.⁊ posuit eū arsaces in custodiā. Et siluit terra iuda in dieb⁊ simonis qui fecit sibi ioppen in portū.⁊ introitū in insulis maris Et dilatauit fines gentis sue.⁊ abstulit īmundiciaꝫ.⁊ sedit vnusquisqꝫ sub vite sua ⁊ sub ficu sua nec erat qui eos terreret. Et misit simō ad sparciatas ad innouādam fraternitatē. Romanis qꝫ misit clipeum aureū mnaꝝ mille.⁊ statuerūt ei romani libertatē.⁊ scꝑserūt in tabulis ereis fedus.q̄ posite sunt in titulis in monte syon.

Et sic tria festa legimus ī libro machabeoꝝ. Primū festuꝫ mūdatōis tēpli d̄ q̄ sup̄ caplo. Totiēs igitur victꝫ. Scōm fuit occiso nicanore de q̄ sup̄ caplo. Eo tpe. Tertiuꝫ habes hic.nullū tn̄ hoꝝ legale fuit.

De antiocho demetrij filio.
Caplm. XIIII.

a Ltera autez die q̃ ẽ p⁹ parascenen ↄuenerunt sacer dotes ⁊ pharisei ad pilatũ dicẽtes Hic seductor adhuc viuẽs dixit: post tres dies resurgã. Iube g' custodiri sepulchrũ ne discipuli eius furto sublatum surrexisse dicant Scd̃z hãc lr̃az patz q' sabbato hec facta sũt Tñ remigi⁹ expõit h parasceuen ppatiõez dñice passiõis q̃ incepta ẽ a pma vigilia noctis vt pdixim⁹. Et legit ita. Altera aũt die q̃ ẽ post hãc parasceuen. i. post inceptiõez hui⁹ ppatiõis Hec ẽ ipa feria sexta: q̃ orta ẽ post e⁹ inceptionẽ. Uisũ ẽ forte remigio q' ea die posuerũt iudei custodes sepulchri: ⁊ signauerũt lapidẽ: qd̃ sabbato non fecissent. Uñ pilat⁹ ait. Habetz custodiã. i. do vob' licẽtiã ponẽdi custodes Ite custodite. Qd̃ ⁊ fecerũt.

Nota cũ in passiõib⁹ sctõꝝ ⁊ mortib⁹ solẽnizet eccl'ia ⁊ iocũdetur poti⁹ i die mortis saluatoris sui exultare ⁊ solennizare deberet. Sũt g' tres cause q̃ assignãt a sãctis patrib⁹: q̃re nõ solẽnizat ⁊ exultare non psumit. Prima p rubore peccati cõmissi in adã: p q̃ subijt dñs ea die patibulum crucis. Scd̃a p pcepto qd̃ dictum ẽ ppl'o per moysen: dñs pugnabit p nobis: ⁊ vos tacebitis. Tertia p mysterio vt q̃si p h ostendat eccl'ia se discordare ab inimicis emulando.

De aduentu mulierum ad sepulchrũ.
Capl'm. CLXXXIII.

v Espere aũt sabbati que lucescit in prima sabbati cuz adhuc tenebre essent: venit maria magdalene ⁊ maria iacobi et maria salome ad sepulchrũ cum aromatib⁹ que parauerant. Quidã non nisi duas venisse dicunt: q' supra tm̃ due dicte sunt ↄsiderasse sepulchrũ ⁊ reuertentes parasse aromata. Et dicunt qd̃ additum est hic: et salome. expositio est alterius marie tacite. Cõtra quos sufficit opponere visum eccl'ie que tres represẽtat. Etiã lucas dicit pter marias af fuisse iohannã: q̃ tra ditur fuisse vxor cuze pcuratoris herodis. Noie vespis vt dicit augustin⁹ d̃ cõ cordia euãgelistaꝝ noctẽ significat a parte totum.

Chrysostom⁹ dic matrẽ filioꝝ zebedei vocatã salomã q̃si binomiam.

Et est. Uespere sabbati. i. nocte sabbati. Sed ne de ipo vespere qd̃ est initiũ noctis itelligam⁹: mutauit genus. ⁊ ait q̃: referens ad sensũ nõ ad nomẽ. q̃ scz nox lucescit in prima sabbati. h ẽ cui⁹ finis ẽ diluculũ prime sabbati. i. dñice. q. d. Nocte sabbati venerũt: nõ tñ q̃libet noctis pte sed diluculo.

De alio ordie dieꝝ. Ca. CLXXXIIII

i N hac nocte terminat⁹ ẽ ordo dieꝝ naturaliũ: qui erat vt dies pcederet noctẽ. Deinceps fit commutatio tẽpoꝝ. Fecit creator vt nox pcederet diẽ. Et hec nox communis fuit ⁊ sabbato et dñice diei. Et ita p q̃ nodochen dicit dñs

Per hoc fecit q' nocte dñice diei surrexerit: cũ i genesi dictum sit, pmo dixit de⁹ fiat lux ⁊ facta ẽ lux.

fuisse i corde terre trib⁹ dieb⁹ ⁊ trib⁹ noctibus accipiẽdo p extremã ptem parasceues totuz diẽ cũ nocte sua ⁊ sabbatũ totũ: ⁊ p noctẽ dominice diei ipam dñicam. Tñ augustin⁹ videt velle hãc mutatiõez factam in parasceue vt nox. v. ferie fuerit etiam parasceues: ⁊ orto iam sole. i. cũ celuz iam ab orientis partibus albesceret: dicebãt ad inuicẽ. Quis reuoluet



180

nobis lapidẽ ab ostio monumenti. Et respicientes viderũt reuolutũ lapidẽ: ⁊ angelum sedentez sup eũ. Jam enĩ terremotus fact⁹ erat dño resurgente: et clauso sepulchro egressus erat iesus. Cuidã aũt monacho sancti laurentij rome extra muros ãno ab incarnatõe dñi M.cxj. mirãti de cingulo suo q̊ cinctus erat insoluto ⁊ ꝓiecto ante eũ: vox in aere facta ẽ. Sic potuit clauso xp̃s ꝓdire sepulchro. Angel⁹ aũt post tulit lapidẽ vt egressuz iã factũ indicaret. Pre timore aũt ei⁹ exterriti sũt custodes vñ iacebant velut mortui.

Nota q̄ de apparitione angeloꝝ videtur cõtrarietas inter euãgelistas. Mattheus enĩ dicit q̄ mulieres inuenerunt vnũ sedẽtem ad ostium monumẽti sup lapidẽ reuolutum: neq3 cõmemorat plures. Marcus dicit q̄ inuenerũt in dextris loculi sedentẽ. Lucas dicit q̄ inuenerũt duos stantes. Johãnes q̊ tanq3 vltim⁹ q̄si correctior dicit: q̄ duos inuenerunt sedentes. vnuz ad caput: ⁊ aliũ ad pedes. Licet aũt diuersa sũt hec: nõ tñ aduersa. Credim⁹ tñ q̄ tres apparuerũt angeli: vnus ꝑmo sedit sup lapidẽ q̊ transtulit se ad dexterã loculi: in quo erant filij duo. ꝑmo stantes postea sedentes.

Opiniones de hora resurrectionis.

Capitulũ. CLXXXV

De hora quidez resurrectionis queri solet: de qua varie loquunt̃ auctores. Hiero. i libro scz. xij. q̄stionũ: vespere sabbati. ait mattheus. Marc⁹ ṽo: ⁊ valde mane vna sabbatorũ veniunt ad monumentuz orto iam sole. Hui⁹ questionis duplex est solutio. Aut enĩ non recipim⁹ marcũ: omnibus grecie libris pene hoc capitulũ in fine non habentib⁹: aut vterq3 veruz dixit. Mattheus quando dñs surrexit. id est vespere sabbati. Marc⁹ quando vidit eum maria magdalena. id est mane. Ambro. in fine expositionis luce: non vesperascente die: sed noctis vespere dñs surrexit. Deniq3 grecus s̃mo ꝓ vesp̱e habet sero. Sic ergo dñs non in vespertino tp̱e diei sed sero. id est profunda nocte surrexit: vnde ⁊ ad monumẽtũ mulieres potuerũt accedere custodibus quiescentib⁹. Et ꝑncipes sacerdotuz dixerũt. q2 discipuli ei⁹ i nocte venerũt. Ut aũt scias nocte vl' mane factũ: mulierũ alie sciũt alie nesciũt. Sciunt q̄ noctib⁹ obseruant: nesciunt q̄ recesserunt. Una maria magdalena s̃m iohannẽ nescit: altera maria magdalena s̃m mattheuz scit. Nam eadez añ scire et postea nescire non potuit: deniq3 alterã eẽ cognosce. Illa admittitur tenere pedes domini: hec ꝓhibetur. Illa angelum videre meruit. hec primo cum venit: neminem vidit. Illa discipulis dominũ resurrexisse nunciauit. hec raptum esse putauit. Illa gaudet. hec plorat. Illa xp̃o occurrit: hec mortuũ querit.

Cõmunis opinio est vnã tantã fuisse magdalenam: potest tñ determinari q̄ dic̃ Ambro. alterã. id ẽ eandẽ alteram.

Augustin⁹ vt supra diximus: dicit eum diluculo surrexisse: cui consentit auctoritas illa: que dicit dñm. xl. horis fuisse mortuũ: et totidem diebus post moratũ in terra ante ascensionez quia horis. iiij. vespertinis parasceues ⁊. xxxvj. duarũ noctiũ: et vni⁹ diei. Ecclesia quoq3 assentire videtur: que matutinas laudes pro xp̃i resurrectiõe celebrat. Pro ꝑdicta ṽo sentẽtia ambrosij facit: q̄ sampson in tipo resurrectionis dñi media nocte surgens: tulit portas gaze. Sic ergo anima xp̃i redijt ab inferis: et reddita est corpori facto impassibili. Utrũ autẽ aĩa christi tunc facta est impassibilis cuz egressa ẽ a corp̱e: an tunc demũ cũ reddita ẽ corpori: ne sine corp̱e glorificaret̃: nõ memini me legisse.

Forte ꝓ ꝑma sentẽtia hiero. facit q̄ apl'i tradiderũt ea nocte non dimitti populũ ab ecclesia vsq3 ad ꝓfundã noctem.

De sanctis quos eduxit de inferno: si querit̃ vbi fuerint post resurrectionez: deus nouit. Uel sicut dr̃ de dño fuerũt in extremis ꝑtibus maris. id ẽ sup amplissimos fines orbis. De diuersitate aduent⁹ mulierũ ad monumentũ: q̄ videt̃ in euãgelistis esse. Uñ ⁊ porphiri⁹ irridet eos: ⁊ de apparitionib⁹: ⁊ d̃ numero angeloꝝ. glosa augustini sup mattheũ plene diffinit. Hoc dixisse sufficiat: q2 decẽ apparitiões xp̃i post resurrectionez legunt̃ in euangelijs. Quinq3 ipa die resurrectiõis: ⁊ q̊nq3 postea. In ap̃lo legit̃ q̄ visus ẽ iacobo: ⁊ q̊ngentis fratrib⁹ simul. s3 nec tẽpus nec modũ determinat. Quidam dicũt q̄ mortuo dño: iacob⁹ vouit se nõ comesturũ donec christ⁹ resurgeret. ⁊ ideo dicunt: q̄ eadẽ die resurrectiones apparuit illi.

Fuerũt ⁊ dicerent ioseph eadẽ vespa q̃ sepeliuit dñm a iudeis incarceratũ: ⁊ nichodemũ latuisse: ⁊ demũ factuz discipulũ. ⁊ ideo ante alios statim apparuit ioseph in carcere ad cõsolandum.

Ꝙ angeli locuti sunt mulieribꝰ.
Ca.CLXXXVI.

**E**T factum ẽ cuz mente ꝯsternate essent mulieres d̃ hoc qd̃ viderant. Ecce duo viri.i. angeli in corporibꝫ humanis steterunt secꝰ illas. Cũqꝫ declinarẽt vultũ in terraz: dixerunt angeli ad illas. Quid queritis viuẽtez cum mortuis.i.in sepulchro: q̃ locꝰ est mortuorũ. Nõ est h: surrexit. sicut dixit vobis cum esset in galilea. Nota q̃ sãcte mulieres nõ corruerunt: sed inclinauerũt vultũ. Et ideo mos ecclesiasticꝰ ẽ: vt exemplo earũ ⁊ in memoriam dñice resurrectiõis: et ĩ spem vite nr̃e: oĩbus dñicis diebꝫ a pascha vsqꝫ ad penthecosten non flectimus genua orãtes. Et addiderunt Ite dicite discipulis eius ⁊ petro: quia surrexit. ⁊ ecce p̃cedet vos in galileam. Et recordate verborũ dñi ibant.

De cursu Johannis ⁊ Petri.
Ca.CLXXXVII.

**C**Ucurrit autez maria magdalene ⁊ venit ad petrũ ⁊ iohãnẽ ⁊ ait. Tulerũt dñm meũ d̃ monumẽto: ⁊ nescio vbi posuerũt eũ Hoc agebat in ea vis amoris: vel ꝯsternatio mentis: vt nõ inuentũ nõ crederet nisi sublatum. Cucurrerũt ẽ illi duo ad monumentũ: ⁊ nõ inuẽto corpe: cũqꝫ vidissent sudariũ capitis ⁊ lintheamina posita seorsuz: ⁊ crediderunt verum esse qd̃ mulier dixerat: ⁊ redierunt ad semetipos. id est ad hospitia sua.

Ꝙ dominus apparuit magdalene.
Ca.CLXXXVIII.

**M**Aria autẽ magdalene q̃ cũ eis redierat ad monumentũ remãsit foris plorãs. Cũqꝫ introspexisset: vidit p̃fatos angelos sedẽtes iuxta loculum corpis: vnuz ad pedes: et vnũ ad caput. Qui dicunt illi. Mulier quid ploras. Que ait. Quia tulerunt dñm meũ: ⁊ nescio vbi posuerũt eũ. Et ꝯuersa vidit iesũ stãtem: ⁊ nesciebat quia iesus est. Dicit ei iesus. Mulier quid ploras. Quẽ queris. Illa existimans ortulanũ esse ait. Dñe si tu sustulisti eum: dicito mihi vbi posuisti eũ: vt ego eum tollam. Dicit ei iesus. Maria. Et statim cognouit eum: ⁊ ait. Rabboni: qd̃ est idẽ qd̃ rabbi: ⁊ p̃cidens voluit tãgere pedes eiꝰ vt ꝯsueuerat. Et ait iesus. Noli me tangere. Nõdũ enĩ ascendi ad patrẽ meũ: supple ĩ corde tuo. q.d. Quem tm̃ mortuũ queris: viuentẽ tãgere non mereris. Quẽ scꝫ putas cadauer sublatũ nõ filiũ equalẽ patri: sꝫ vade ⁊ dic fratribus meis. Ascendo ad patrẽ meuz ⁊ patrem vestrũ: deũ meũ ⁊ deũ vestrũ: hoc est: in p̃rio est vt me videant ascendentem.

De mãdato custodũ. Ca.CLXXXIX.

**C**Um autez hec fierent: custodes redierũt: nunciãtes p̃ncipibus sacerdotum que facta fuerant. At illi pecunia copiosa corrupti dixerũt. Nobis dormientibꝫ furati sunt discipuli corpus iesu. Et mansit hoc verbũ apud iudeos vsqꝫ in hodiernũ diem.

Ꝙ dominus apparuit mulieribus in via
Caplm.CXC.

**V**Enit aũt maria magdalena iã credens: ⁊ inuentis aliis que cũ illa prius fuerãt: ibãt simul ad discipulos: iam certe de resurrectõe Et ecce occurrit eis iesus dicẽs. Auete. Ille aũt accesserũt ⁊ tenuerũt pedes eiꝰ adorãtes Dixit eis iesus. Ite nũciate fratribꝫ meis: vt eant ĩ galileã: ibi me videbũt. Hãc visionem sui in galilea p̃ ceteris dñs memorat: q2 ĩ ea credimꝰ oẽs discipulos affuisse. Exprobãdo q̃busdã duriciã cordis eoꝝ: eos plenꝰ d̃r certificasse. Abierũt aũt mulieres: ⁊ nũciauerũt oĩa.xj. lugẽtibꝫ: ⁊ his q̃ cũ eis erãt. ⁊ visa sunt añ eos sicut deliramẽtũ v̾ba hec. Petrꝰ autez surgẽs cucurrit ad monumẽtuz: vt lucas dic Et tũc verisile ẽ q̃ dñs apparuerit ei ĩ via: et si nõ legat̃ ĩ euãgelio. De q̃ d̃r apparuit ⁊ petro Quinq̃es p̃ma die resurrectõis apparuit.

De duobꝫ euntibꝫ in emaus. Ca.CXCI.

**E**Adez die visus est duobus discipulis euntibus ĩ emaus q̃ꝝ vnꝰ dicebat̃ cleophas tacito noĩe alterꝰ. Putatur se lucas innuisse more scriptorũ sacre scripture. Sꝫ Ambro.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

in lucā dicit illū vocatuz amon. Post vastationem iudee sub marco aureliano: restaurata est emaus. ⁊ dicta est nicopolis: hec erat a hierl'm in spacio .lx. stadiorum. Tradūt greci scꝑtores herculē gigātez vno anhelitu .cxxv. passus cucurrisse ⁊ stetisse. ⁊ a stando spaciū hmōi vocāt stadiū. Cūq₃ octo stadia faciant miliare i sūma .lx. faciūt .vij. milia passuum: ⁊ q̄ngentos. id ē .vij. miliaria. ⁊ q̄ttuor stadia. i. leucas tres: ⁊ tres ꝑtes q̄rte. Ibat autē iesus cū ill': ⁊ oculi eoꝝ tenebāť ne eū agnoscerent: vn̄ videť aliud i oculis eoꝝ fuisse: ne eū agnoscerēt. Et alibi legiť ꝙ apparuit eis i alia effigie. ꝗ aliud etiā erat in eo: ne eū agnoscerent. Potuit etiā eē vt mutatio eiusdē corꝑis mortalis i imortale nō possit fieri sine q̄dā alteratione ꝓ qua subito visus nō agnosceret: vt si q̄s quē videret puerū si paulopost occurrētē sibi iuuenē videret: non mox eū cognosceret. Et cuz cognouissent eū i fractiōe panis: ⁊ euanuisset ab eis eadē hora regressi sunt i hierl'm: ⁊ inuenerūt cōgregatos .xj. ⁊ eos q̄ cuz eis erāt dicentes: qꝛ surrexit dominus vere ⁊ apparuit simoni: ⁊ illi narrabant que gesta erāt in via. ⁊ quō cognouerūt eum in fractione panis.

Fregit et porrigebat ill'. Jdō tres fiūt ꝑtes hostie: vna q̄si est dn̄i due porriguntť vna sacerdoti: altera ministro vel reseruať infirmo.

Qr dominꝰ apparuit aliis absente thoma. Capl'm. CXCII.

Quidam autē ex eis nō crediderūt ex q̄bꝫ vnus erat thomas. Quo egresso cum adhuc alij colloquereńť de his q̄ audierāt ⁊ sero iam eēt ⁊ fores essent clausę ꝓpť metū iudeoꝝ: stetit ihs i medio eorū et ait. Pax vob̄ ego sū nolite timere. Ipi autez ꝯturbati putabāt se spiritū videre. Nondū enim credebāt vel tertia die potuisse veram carnem resurgere. vel suscitatā clausis ianuis posse intrare. Et ait illis Uidete manꝰ meas ⁊ pedes meos: palpate ⁊ videte: qꝛ spūs carnem ⁊ ossa nō habet: sicut me videtis habere Ostēdit eis cicatrices manuū. pedū. ⁊ lateris. Tribꝫ ꝺ causis p̄cipue reseruauit dn̄s cicatrices in corꝑe lȝ incorruptibili. Ad corroborādam fidē apl'oꝝ: qꝛ surrexerat. Et vt semꝑ rep̄sentet patri: q̄le genꝰ mortis tulit ꝓ nob̄ qꝺ est q̄dā modus īteruenīēdi ꝓ nobis. Et vt in iudicio videāt ꝑfidi: in quē pupugerūt. Et vt ostēdat omni carni signa victorie sue. Uerbi gr̄a. Miles fortiter egit: ⁊ multis vulneribꝫ ꝑfossus ē. Ait illi medicꝰ. Uis sanari sine omi cicatrice: vel cū cicatricibꝫ sine oī deformitate. Puto ꝙ in signū gl'ie sue ⁊ ꝓ exemplo alios aīandi ad idē reseruaret cicatrices. Et nota ꝙ duo mira s̄m humanā rōnez ⁊ sibi ꝯtraria dn̄s ostendit eis. Corpꝰ scȝ incorruptibile ⁊ palpabile. Nā palpari nō pōt qꝺ nō corrūpiť: et corrumpi necesse ē qꝺ palpať. Dicit tn̄ Beda ꝙ corpꝰ dn̄i ⁊ subtile erat ꝑ effectuz spūalis potentie. ⁊ palpabile per veritatē nature. i. palpabile ostensum: vt veritatē carnis ꝓbaret. Uel pōt dici corpus dn̄i vere visibile ⁊ palpabile aliis incorruptibilibꝫ. A corruptibilibus ꝟo videri ⁊ palpari nō potest nisi miraculose.

Inde ē ꝙ in mittēdo ꝑtez hostie in calicem vbi signať resurrectio subdiť. Pax. d. s. s. vo. Et eps cū primo conuertit se ad populuz i missa dicit. Pax vob. Osculū ꝟo lōge post introductuz est ꝑ causa supra dicta.

Qr postq̄₃ comedit cū eis insufflans dedit spiritusanctū. Ca. CXCIII.

Adhuc illis non credētibꝫ: ait iesus Habetis h aliq̄d qꝺ māducetur. Et obtulerūt ei ꝑtē piscis assi: ⁊ fauū mellis. Et manducans reliquias dedit illis. Sȝ sciendū est cibos a dn̄o sumptos post resurrectionem non solūz sumptos sed etiaz absumptos: sicut aq̄ missa in ignem absumiť. Ante mortē ꝟo sumptos in alimoniā. Aliter enī absorbet aquaz terra sitiens: aliter radiꝰ solis candēs. Et ait illis. Hec sunt ꝟba que locutꝰ sum cum adhuc vobiscū essem. i. sic'is vobis passibilis. Tūc aperuit eis sensum: vt intelligerent scꝑturas: ⁊ dixit eis. Uos eritis mihi testes hoꝝ i omnes gentes incipientes a hierl'm. Gauisi sūt ergo discipuli viso domino. i. agnito. Dixit ꝗ eis iteruz. Pax vob̄ supple sit vl' est. Tn̄ cum vicariꝰ xp̄i pontifex scȝ dicit populo. Pax vobis: tm̄ subintelligitur: sit. Qui

Inde ē ꝙ audita p̄nūciatione euāgelij vertimur ad orientez q̄si ad hierl'm gr̄as agentes: qꝛ inde venit ad nos euangelium

vt'ostēdat se xp̄i vicariuz: quādoq; dicit: pax
vobis. tūc scz cum primo vertit ad populuz i
missa. q2 hec fuit p̄ma vox xp̄i ad discipulos
post resurrectionē. Instar ꝓo alioruz sacerdo
tum dicit postea dn̄s|vobiscum: vt se vnum
ex nobis eē ostēdat.

Hec cum dixisset in
sufflauit: et dixit eis.
Accipite spiritū san-
ctum: quoruz remise
ritꝫ peccata remittū-
tur eis: ꝛ quoruz reti
nueritis retēta erunt.
Huic sententie q̇daz

Apl'i dicunt accepis-
se spiritūsanctum ter.
Primo ad gratiaz cu
rationum. Secundo
ad remittēdū peccata
Tertio ad loquēduz
varijs linguis.

adherent dicētes. Neminē posse soluere vel
ligare nisi habeat spiritūsanctuz quo auctore
hoc faciat. Sed attendere debent: q2 etiaz an̄
resurrectionē dedit eis iesus eandem potesta
tem sine insufflatiōe: nec tamē legit ibi dedis-
se spiritūsanctū eis. Que duo p̄dixit moyses
ibi: suxerunt mel de petra. i. potentiaz ligādi
ꝛ soluendi: ꝛ miraculoruz a christo immuni a
peccato cuius mortali: ꝛ postea oleū de saxo
durissimo. i. eandē potentiam cuz sp̄ūsancto
de xp̄o impassibili.

Ꝙ apparuit thome. Ca. CXCIIII.

c Vm qz euanuis
set ab eis: redijt thomas. Dixerunt
q; alij ad eū. Vidimus dn̄m. Qui
dixit se nō crediturū: nisi videret ꝛ tāgeret ci-
catrices vulnerū. Post dies autem octo cum
essent discipuli int9: et thomas cum eis: stetit
iesus in medio ianuis clausis: et ait thome.
Infer digitū tuū huc: ꝛ vide manus et latus
ꝛ noli esse incredulus sed fidelis. Rn̄dit tho-
mas. Dn̄s meus ꝛ deus meus. s. es tu. Et ait
ih̄s. Quia vidisti me thoma credidisti. beati
qui non viderunt ꝛ crediderunt. Tamē q̇daz
dicunt thomam tm̄ vidisse: nec ausum tange
re: quia christus tm̄ dixit: q2 vidisti me. Sed
q2 visus ꝑ quolibet sensu poni solet: pōt dici
vidisti. i. tetigisti. p̄sertim q2 dn̄s dixerat. In-
fer digitum tuuz huc ꝛ vide. Hec ꝛ alia fecit
iesus ad robur fidei nostre: ꝛ multa que nō le
gunt in euangelio.

De apparitione ad mare tyberiadis.
Caplm. CXCV.

p Ost hec aūt ma
nifestauit se iesus ad mare tyberia-
dis. Piscabantur autez discipuli. vij. nocte q̄
dam: vt haberent cibos. Et cum nihil prēdi-
dissent: mane stetit iesus in litore. Cūqz ad p̄-
ceptum ei9 in dextera nauigij rhete misissent
impleuerūt illud. cliij. magnis piscib9. Et ait
iohānes. Dn̄s est. Tunc petrus misit se i ma
re. Alij nauigio venerunt: ꝛ inuenerunt pru-
nas in litore: ꝛ piscem suppositū: ꝛ panez iu-
xta positū: ꝛ assantes simul de piscib9 q̄s prē-
diderant: manducauerunt cū iesu: scientes q2
dn̄s est Et fuit hec tertie diei manifestatio. sz
post quot dies ab octaua die resurrectionis
non est determinatū. Tunc dixit iesus petro.
Simon iohānis diligꝭ me plus his. Inter-
rogabat dn̄s qd̄ sciebat. Sz inuit vt ꝛ corde
credam9: ꝛ ore ꝯfiteamur. Et ait petr9. Etiaz
dn̄e tu scis: q2 amo te. Nō est sic distinguēdū
etiam dn̄e vt scz dixisset se diligere plus alijs
Hoc enī nesciebat: sz abundāt etiā idiomate
hebreo. Tacēs ḡ qd̄ ignorabat rn̄dit qd̄ scie-
bat. Vl'ita Dn̄e amo te. ꝛ etiā tu scis q2 amo
te. q. d. Teip̄m testem iuoco: q2 amo te. Dicit
ei iesus. Pasce agnos meos. q. d. Exhibitio
op̄is sit ꝓbatio dilectionis. Cū q̄sisset idip̄m
scd̄o ꝛ idē respōdisset petrus. Iterū subdidit.
Pasce agnos. m. Post tertiam ꝓo responsio
nē subdidit. pasce oues meas. q. d. Pasce do
cendo. pasce op̄ando: pasce moriendo. Tunc
dixit ei iesus Cum esses iunior cingebas te: ꝛ
ambulabas vbi volebas. Cū aūt senuerꝭ ex-
tendes man9 tuas ꝛ alius te cinget: ꝛ ducet q̄
tu nō vis: significans. q2 crucifigeretur nolēs
s'm sensū carnis. Et addidit. Sequere me. i.
sequeris me in genere mortis.

Opiniones de morte Johannis.
Capitulum. CXCVI.

t Vnc cepit iesus
abire: ꝛ cepit petrus eū seq̄: putās
hoc sibi a dn̄o mādatum. Seque-
bat etiā eū iohes. Conuersus petr9 vidit illū
sequentē: ꝛ ait ad iesum. Dn̄e: hic aūt q̇d sup
ple patiet. Postq; enī audierat se crucifigen-
dum voluit etiā fratris exitū cognoscere. Re
spondit iesus. Sic eū volo manere donec ve
niā. Putauerūt ergo discipuli iohānem non
moriturū: donec xp̄s veniret ad iudiciū. Sz
nō erat magnū dare dilecto non mori: cū dis-
solui ꝛ esse cū xp̄o meli9 sit. Dixit ḡ dn̄s q; in
pace seniū finiret. Tn̄ fuerūt q̇ dicerēt: sic euz
adhuc viuere: q2 cuz in defossum sibi tumulū



182

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

post celebratā missaꝫ descendisset lux magna ꝑ aliquot horas fulsit: ⁊ circūstātes q̇ aderāt ceciderūt. Cūq; post lucem surgētes accessissent ad tumulū eiꝰ: vacuū inuenerūt: tñ terra leuis scaturiebat ī fūdo: sicut in fontibꝫ solet harena bullire: et adhuc qūq; eadem scaturigo bullire ibi videt᷑. Vñ multi putauerūt eū viuere sub terra: ⁊ anhelitu eiꝰ scaturiginē fieri. Alij aūt iam translatuꝫ ad celum putant. De hmōi ꝓo meliꝰ est pie dubitare q̄ temere diffinire.

De apparitiōe dñi ī galilea vbi mādatū ē discipulis vt docerēt gentes ⁊ baptizarent.

Caplm. CXCVII

Vndecim aūt discipuli abierūt ī galileā ad monteꝫ vbi ꝯstituerat illꝭ iesus. Et vidētes eū: adorauerūt. q̇daꝫ aūt dubitauerūt. Et exꝓbrauit illis duriciā cordis eoꝝ ⁊ ait. Data ē mihi oīs ptās in celo ⁊ in terra. i. nunc appa ret oīpotentia mea. Vel ita. dixeraꝫ vobis: ī viam gētiū ne abieritis, sꝫ q꞉ iudei abiecerūt me. q̄si dederūt mihi ptātem mittendi vbiqꝫ terraꝝ sub celo. Vñ igit᷑ subdidit. Ite ī orbē vniuersum: ⁊ p̄dicate euāgeliū oī creature. i. homini ꝓ q̇ facta est oīs creatura. Vel q̇ hꝫ ꝑticipationē cū oī creatura. Vñ ⁊ hō microcosmus. i. minor mūdus d̄r. Et addidit. Docete oēs gētes. i. oīa genera gentium seruare que dixi voƀ baptizātes eos ī nomine patris et filij et spūssancti. In inchoatione opeꝝ nostrorum eandem ꝓponimus formā ꝟborum sed inuocando orantes: vt ad honorē trinitatis fiat opus qđ inchoamus: ⁊ vt trinitas nobis coopet᷑. In baptismo aūt d̄r affirmando: et est. Baptizo te ī noīe patrꝭ ⁊ filij ⁊ spūssancti. i. ministeriū baptismi ago. sed auctoritas penes trinitatē est. Qui crediderit et baptizatus fuerit: saluꝰ erit. qui nō crediderit cōdemnabit᷑. Non ait. nec baptizatꝰ fuerit. Sine baptismo enī saluat᷑ homo cū eum excludit articulus necessitatis: nō ꝯtemptꝰ religionis. Vñ qđ dictum est. nisi quis renatus fuerit ⁊c. sic intelligitur Qui ꝯtempserit renasci. Ordini verboꝝ dñi adherent heretici huius tpis dicentes. Non oportere baptizari nisi credētē. ⁊ ideo non recipiunt baptismū paruuloꝝ. Sed nō intelligunt tp̄s quo hoc dictum est. Primo enī q꞉ p̄dicabat᷑ adultis: baptizandi erāt adulti: q̄ꝝ fides exigit᷑ in baptismo. Postmoduꝫ ꝑuuli eoꝝ: ergo ꝓ adultis pōt intelligi ħ esse dictū. Vel si pro omnibus sic expone Qui crediderit ⁊ bap. fue. hoc est qui in fide baptizabitur. Optet enī baptizandum: vel ꝑ se: vel ꝑ alium credere. Signa aūt eos qui crediderint: hec sequent᷑. In nomine meo demonia eijcient: linguis loquentur nouis. serpentes tollent ⁊c. et hoc quoq; ꝓ tempore dictuꝫ est. Tunc enim signa fiebant ꝓ infidelibꝫ conuertendis. Quia ergo signa non sunt necessaria: non modo fiunt sicut passim tunc fiebāt. Nos enim cum arbusta plantamus tamdiu infundimus aquam: quousq; in terra conualescant.

Quasi diceret: quod ī aure audistis p̄dicate sup̱ tectuꝫ Inde est q̄ euangeliuꝫ legit᷑ in edito tā q̄ vbiq; ⁊ ab omnibus audienduꝫ ⁊ coram oībꝫ. Primo fit signū crucis super librū. q. d. Hic ē liber crucifixi: post ī fronte et in pectore quasi in vtroq; supliminari.

Generale enim fuit ī ꝓmitiua eccl'ia q̄ illi q̇ exibāt đ fōte statim loquebant᷑ linguis.

De ascensione dñi. Ca. CXCVIII

Die aūt ascensionis venit ad eos in hierl'm: et ait. Sedete ī ciuitate quousq; induamini virtute ex alto. Cunq; comedisset cum eis vñ intelligit᷑ sextaꝫ horā transisse: eduxit eos foras in montem oliueti ꝟsus bethaniaꝫ. Et eleuatis manibus bñdixit eis. Et vidētibus illꝭ eleuatꝰ est ī celū. ⁊ nubes lucida baiulabat eū ministerio angeloꝝ. Cūq; iā subtractꝰ esset ab oculis discipuloꝝ: tñ adhuc intuebant᷑ in celū. ꝓpterea duo angeli in forma viroꝝ steterūt iuxta illos: ⁊ dixerūt. Viri galilei q̇d aspicitis ī celū. q. d. Recedite nec expecterꝭ iesum vt modo redeat: tñ in fine temporū sic veniet quēadmodū vidistꝭ eum euntem in celuꝫ baiulis scꝫ nubibus descēdet in aera. Illi autē regressi sunt in hierl'm: ⁊ expectabāt ꝓmissum spūmsanctum. Quo accepto tꝑibus suis ꝑfecti p̄dicauerunt vbiq; do

Hanc vltimam ꝓcessionem post iesum rep̄sentat ecclesia dominicis diebus egredīēdo de eccl'ia ⁊ redeundo ad eā: q̄si đ hierl'm exiēs. ⁊ rediens ī hierusalem: et sequendo crucem: vt illi crucifi-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

mino coopante & sermonem cōfirmante sequētibꝰ signis. Et nota differētiā Trāslatꝰ enoch ē. subuectꝰ ē helias ascendit iesus ꝓpria sui ɔtute. rum. Et licz illi redierint sine iesu: tū nos redimus cum cruce: qꝛ ipse dixit: vobiscū sū vsqz ad cōsummationem secli. Et nota qꝛ primitiua ecclesia obseruauit diem dominicam vt & modo & etiam feriam qntam i memoriam ascensionis. & tunc qnta feria fiebat ꝓcessio. Sed multiplicatis solēnitatibus sāctorū: sublata ē solēnitas qnte ferie. & ꝓcessio trāslata est ad dñicaz. Unde dr qꝛ qnta feria cognata sit dominice.

Sequuntur tituli capitulorūz in historiā Actuum apostolorum.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

Historie actuum apostoloꝝ Cap̄lm.I.
Quotiens apparuerit dominꝰ discipulis infra.xl.dies.

# Anno nono

a decimo imperii tiberii cesaris adhuc pcuratore iudee pilato: preside sirie vitellio: mortuꝰ est dn̄s ꝛ resurrexit. Resurgēs aūt ꝟitatez resurrectionis multꝭ cōprobauit argumētꝭ: multa ī corpe ꝓprio ostēdēs ꝑter naturā corpis īmortalis vt sic veritatē resurrectiōis astrueret: ꝛ ab ap̄lis et eorū posteris oēm oīno causā hesitationis amoueret. Comedit enī ꝛ bibit cū eis cū corpus spūale ciboꝝ alimonia minime indigeat In corpe ꝓprio cicatrices oñdit: cū a natura corpis īmortalis penitꝰ aliena sit oīs deformitas cicatricis. Preter hec argumēta lucas scribens historiā actꝰ ap̄loꝝ ponit alia. Fuit enim argumentuz vere resurrectionis ꝙ per dies.xl. apparuit eis loquēs đ regno dei. Nō est aūt intelligendū: ꝙ singulorū.xl. dieꝝ tp̄e apparuit ap̄lis. sed infra numeruz tot dierū decies apparuit eis: vt ex euāgelica historia colligit. Ip̄a nanqꝫ die resurrectiōis ꝗnquies apparuisse legit. Primo marie magdalene. Secūdo mulieribꝫ redeuntibus đ monumento: qñ tenuerūt pedes eiꝰ et adorauerunt eum. Tertio petro: lꝫ non expresse habeat de euāgelio Quarto duobꝫ euntibus in emaus Quinto ap paruit.x. apostol' absente thoma. Sexto post dies octo apparuit eisdem p̄nte

thoma. Septimo septē discipulis apparuit
i piscatiōe ad mare tiberiadis. Octauo i mō
te thabor qn̄ ꝯuenerant in galileā. ꝛ ita ante
diem ascensionis apparuit octies. Ipa vero
die ascensionis bis apparuit: semel .xj. apl'is
comedentibꝫ in cenaculo. Omnes q̇dē tam
apl'i ꝗ alij discipuli necnō ꝛ mulieres habi-
tabant i illa pte hierusalē que dicebat mello:
scȝ in monte sion: vbi dauid construxerat sibi
palatium. ꝛ ibi erat cenaculum illud grande
stratū: in quo p̄cepit dn̄s sibi parare pascha.
Et i cenaculo illo tūc habitabāt .xj. apl'i. Ce-
teri aūt discipuli ꝛ mulieres habitabāt circū
quaqꝫ p diuersa hospitia.

Q apl'i fuerunt baptizati. Ca. II.

# T Dum comede

rent vndecim in cenaculo apparuit
eis dominus: et exprobrauit incre-
dulitatem eorꝫ ꝛ duriciam cordis: ꝛ comedit
cum eis. Et cōuescēs p̄cepit eis ab hierosoly
mis ne discederent. sed expectarēt pmissionē
patris. i. ab ipo pmissam: vel a patre p ipm et
patris auctoritate cōplēdā dicēs. Iohes ba
ptizauit aqua. Uos autē baptizabimini spū
sācto: nō post multos hos dies. Ac si diceret
Spūssanct⁹ sup vos descendēs vos purifi-
cabit ꝛ roborabit. De baptismo aūt aplorꝫ so
let dubitari. Sȝ sup hūc locū dicūt Beda et
Aug⁹ ꝙ fuerīt baptizati. Ait enim beda. Ba
ptizabimini qđ est in spūsancto: non ad illud
tps respicit: q apl'i ꝛ ceteri fideles illius tpis
baptizati sunt aqua in remissionē peccatorū
gr̄a spūssancti a dn̄o pcepta. sed ad illud quo
dn̄o mittente spiritūsāctū plen⁹ acceperunt.
Ideo nōdū fuerāt baptizati: non dico aq̄ sed
spūsancto: q̇s intelligim⁹ baptizatos baptis-
mo iohānis. Uel qđ credibili⁹ est baptismo
xp̄i. Cōueniēs enī erat eos esse baptizatos q̇
baptizabāt alios De eodē aug⁹. Scriptū est
quoniā baptizat⁹ ē paul⁹: q̇ ab anania bapti
zatus est. Sȝ scriptū non ē qn̄ baptizati fue-
rint alij apl'i. Sed debem⁹ intelligere bapti-
zatos esse, ꝑpter illā dn̄icam sn̄iā. Nisi quis
renatus fuerit ex aqua ꝛ spūsancto nō potest
intrare in regnū dei. Sic apte volūt beda et
augustin⁹ ꝙ baptizati fuerint baptismo xp̄i ꝛ
de q̇busdā satis videt ꝙ baptismo iohannis
fuerint baptizati: vt de andrea philippo ꝛ pe
tro. de q̇bus constat ꝙ fuerunt eius discipuli
Hoc dicto p̄cepit eis vt egrederent de ciuita
te: ꝛ statim euanuit ab oculis eorꝫ.

Quid respondit domin⁹ indiscrete q̄rētib⁹
Capitulum. III.

# E Cce noua appa

ritio. Et statim post comestionē
.xj. apostoli ꝛ alij discipuli ꝛ muli-
eres de ciuitate vnanimiter egressi: iuxta p̄ce
ptum dn̄i venerūt in montē oliueti: ꝛ statim
dn̄s apparuit eis. Quō aūt p̄cepit eis vt egre
derent de ciuitate: ꝛ euanuerit ab oculis eorū
ꝛ quō egressi de ciuitate venerūt i mōtē oliue
ti. ꝛ ibi dn̄s apparuerit eis: i historia subtice
tur: q: breuis ē. Tūc q̇ ꝯuenerāt ceperūt eū i-
terrogare dicētes. Dn̄e si in tpe hoc restitues
regnū isrl': tpale quātū ad q̇sdā impitos ꝛ car
naliter sapiētes: q̇ vidētes alienigenā regna-
re: ꝛ iudeos esse sub p̄side: q̄rebant de restitu-
tione regni isrl' tpalis: putātes tunc a dn̄o re-
stituendū sicut ꝛ duo discipuli dicētes. Nos
sperabam⁹ ꝙ ipe eēt redēptur⁹ isrl'. Alij ma-
gis instructi sciētes illā restitutiōē nō nisi fi-
naliter futurā scȝ circa tpa iudicij: querebant
de restitutiōe regni isrl' spiritalis scȝ de dilata
tione eccl'ie. Ac si diceret. Nunq̇d in hoc tpe
facies qđ pmisisti eccl'ie. Dn̄s aūt nō certifi-
cauit eos sup h̄. Ex q̇dam tn̄ ꝟbo in respōsio
ne ei⁹ posito: si scioli essent possent intelligere
restitutionē illā multis tpibꝫ differēdā. Non
est inq̇t vestrū nosse tpa vel momēta que pa-
ter posuit i sua ptāte. i. numerꝫ tpm ꝛ momen
torum vsqꝫ ad finē seculi que tm̄ patris patēt
scientie. Ac si diceret. Nihil ad vos querere
đ secretis hmōi: nec ad ea pcipiēda estis ido-
nei. Sȝ de his q̄ ad vos spectāt estote sollici
ti q: vos reuera accipiet͡s ꝟtutē superuenientis
spūssancti: cui⁹ ꝟtute roborati: eritis mihi te-
stes resurrectionis mee. pmo in hierl'm. scđo
in iudea. postea in samaria: tandē vsqꝫ ad vlti
mū terre. Ac si tacite diceret. Añ regni illius
restitutionē nō solū hierosolymam sed ꝛ oēs
iudee fines ꝛ samarie mūdi etiā terminos p
circūitum fama euangelij pcurret.

De ortu et processu predicationis.
Capitulum. IIII.

# P Rimo siquidē

p̄dicatū est euāgeliū in hierl'm: sed
ꝑpt lapidatiōnē stephani ꝛ mortem
iacobi gladio occisi: egressi sūt de hierl'm p̄di
cātes i finibꝫ iudee. Postea trāsierūt ad sama

184

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

ritanos ⁊ inde ꝓcesserūt ꝑ vniuersū orbē. Et cum h̄ dixisset: ꝯm alium euāgelistā eleuatis manib⁹ bn̄dixit eis. Et post bn̄dictiōez illaz vidētib⁹ illis eleuat⁹ ē. Et nubes suscepit euz ab oculis eoꝝ. q꜠ q̄si q̄dā in globo baiule nubis ascēdit. Nō tn̄ ideo ꝙ ad ascēdēdum egeret ministerio nubis. sꝫ vt ꝑ h̄ ostēderetur: q꜠ oīs creatura parata ē obsequi suo creatori.

Quid fecerint abeunte dn̄o. Ca. V.

d E loco ascensionis dicit sulpicius episcop⁹ hierosolymitanus. q꜠ ibi cū postea edificata eēt eccl'ia: locus ille ī quo institerūt vestigia xp̄i ascendentis: nunq̄ꝫ potuit sterni pauimēto. imo resiliebāt marmora in ora collocantiū: calcati etiā pulueris a domio: hoc dicit esse documentū. q꜠ vestigia imp̄ssa cernūtur. ⁊ eandē adhuc speciē velut pressis vestigijs terra custodit. Cum iam dn̄s raptus eēt a ꝯspectu eoꝝ. adhuc tn̄ suspensis vultibus stabant aspiciētes in celū: cum potius reuerti in hierl'm debuissent. q꜠ dictū erat eis: sedete in ciuitate quoadusqꝫ induamini ꝟtute ex alto. Et ne diuti⁹ ibi morarent̄: missi sunt angeli instruentes eos. Vn̄ sequit̄. Cūqꝫ intuerent̄ in celū euntē illuz. i. illo abeunte vt accusatiu⁹ ponat̄ ꝓ ablatiuo absoluto: ꝓ quo ponitur genitiu⁹ in greco. Vel cum ꝑus intuerent̄ euntē illū ⁊ adhuc intuerēt̄ ī celum ecce duo viri. i. duo angeli ī forma virili: astiterūt iuxta illos in vestib⁹ albis q̇ ⁊ dixerunt.

Quibus ex causis angeli apparuerunt. Capitulum. VI.

v Iri galilei quid statis aspiciētes in celuz: q̄si obliti quid facere debeatis. Hic iesus q̇ assumpt⁹ est a vobis in celū. i. in eadē carnis substātia: in q̄ assumpt⁹ est a vobis in celū: sic veniet queadmodū vidistis eū euntē in celū. id ē sicut baiulis nubib⁹ vidistis euz ascendētē in celū. sic baiulis nubib⁹ videbitis euz in aere ad iudicium venientē. Duplici de causa hi duo angeli apparuerūt. scꝫ vt mestos d̄ absentia dn̄i ꝯfortarent ⁊ vt eum vere ascēdisse in celū demonstrarēt. scꝫ in regionē angeloꝝ. Nō sicut helias q̇ rapt⁹ in igneo curru ascendit vsqꝫ ad sublunarē regionē. nec eā trāscēdit sꝫ tm̄ translat⁹ est in paradisū terrestrē: q̇ adeo eminet vt ꝯtingat ad sublunarē regionē: nec tn̄ trāscendit. Tūc reuersi sūt hierosolymaz a mōte q̇ vocat̄ oliueti ꝓpt̄ copiā oliuaꝝ: sabbati hn̄s iter. i. itinere sabbati distans a hierl'm scꝫ spacio miliarij. q꜠ non ampliori spacio licebat iudeis ī sabbato ꝓgredi de ciuitate vel villa ī q̄ erāt. sꝫ ꝑ mille passus poterant circa deambulare. Vet⁹ editio habet a mōte triuz luminū. Sic aūt dict⁹ ē mons oliueti. q꜠ de nocte ex ꝑte occidētis illuminabat̄ igne templi. q꜠ erat ignis iugis in altari: mane ex ꝑte orientis ꝑmo excipiebat radios solis anteq̄ꝫ illustrarēt ciuitatē. Habebat etiaz copiā olei qđ est fomentū luminis.

In quo imitamur apl'os. Ca. VII.

c Vnqꝫ regressi essent in hierl'm oēs vnanimiter: apl'os vsqꝫ ad eoꝝ hospitia cōduxerūt. deinde ad ꝓpria redierūt. Hāc ꝓcessionē discipuloꝝ qui vnanimiter d̄ ciuitate sunt egressi. ⁊ post vnanimiter regressi representat eccl'ia singulis dn̄icis dieb⁹ ꝓcessionē faciēs. Vn̄ sicut illi egressi sunt p̄cedente crucifixo ita ⁊ nos de eccl'ia egredimur crucē p̄ferendo Et lꝫ nō redierit cū eis crucifixus. nos tn̄ redeuntes crucē reportam⁹. Quia lꝫ nō redierit cū eis p̄n̄tia corꝑali: redijt tn̄ cū eis p̄n̄tia sp̄ūali: iuxta qđ dixit. Vobiscū sū vsqꝫ ad cōsūmationē seculi. In eo ḡ ꝙ egredimur crucē dn̄i p̄ferēdo rep̄sentam⁹: q꜠ illi egressi sunt p̄eunte crucifixo. In eo ꝙ crucē dn̄i reportamus cū nō redierit cū eis p̄sentia corꝑali: rep̄sentam⁹ ꝙ ait. Vobiscū sū vsqꝫ ad ꝯsūmationē seculi. In ꝑmitiua aūt eccl'ia hmōi representatio fiebat in eccl'ia q̇nta feria: que tunc tꝑis eque solēnis erat sicut ꝑma. Quinta pro veneratione ascēsionis. Prima ꝓ reuerētia resurrectionis. Vn̄ ī vulgare ꝓuerbiū versū ē: vt dn̄ice diei dicat̄ cognata dies iouis. q꜠ antiquitus fuit eque solennis. Sꝫ q꜠ suꝑuenerunt festa sanctorum ⁊ celebrare tot festa erat quasi onerosum: vt in die dn̄ica fieret ꝓcessio deinceps est institutū.

Vbi ⁊ cum quib⁹ se collegerūt. Ca. VIII.

t Vnc ascēderūt apostoli in cenaculum vbi manebant. scꝫ petrus ⁊ iacobus. iohannes ⁊ andreas ⁊ alij. Et mutatur hic series cathalogi Solent enim apostoli in cathalogo in hunc moduz cōbinari. Petrus ⁊ andreas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

Jacobꝰ ⁊ iohānes. Forte ⁊ alibi ita cōbināt̄ ꝑ carnis affinitate. Hic aūt ꝑ meritorū paritate: q2 ītellexit lucas ī spū pares eē ī merito petrū ⁊ iohānez: q2 forte p̄ ceteris dilexerunt. Unde ⁊ p̄ alijs simul ad monumentū cucurrerunt. Et erant omnes vnanimiter ꝑseuerātes in oratione cū mulieribus ⁊ maria matre iesu que a mulieribus distinguit̄: q2 non pōt ꝓprie dici mulier quasi mollier. id ē mollicīē passa. Interdum tamen mulier ꝓ sexu non ꝓ corruptione ponitur vt ibi. Quid mihi ⁊ tibi est mulier. Et fratribꝰ eius: qđ de illis debet intelligi. de quibus ante passionem dictuz ē. Neqꝫ enim fratres eius credebant in eū nūc autem credebant. Nota q̄ dictum est: ꝑseuerantes in oratione: ⁊ non est additum de ieiunio. Quidam tamen a festo ascensionis vsqꝫ ad penthecosten ieiunant exemplo apostolorum: quos aiunt ī spacio illo ieiunasse: quia in euangelio dictum est. Venient dies in quibus auferet̄ sponsus ab eis: ⁊ tūc ieiunabunt ⁊ potuit ita esse: hic tn̄ non habet̄.

De sermone Petri. Ca. IX.

## N diebus illis

i id est ī illo meditullio temꝑis inter ascensionē ⁊ spūssancti missionem exurgens petrus in medio fratrū dixit. Constat enī in spacio illo factam esse mathie electionē: lz nō sit determinatuz q̄ die: vn̄ q̄si indiffinite dictuz est in diebus illis. Et inde q̄si ex forma scripti assumpsit eccl'ia formā legendi. Unde q2 in actibꝰ apl'oꝝ frequēter inuenimus in diebꝰ illis. ideo cū legunt̄ ī ecclesia ꝑticule epistolaꝝ p̄mittitur. In diebꝰ illis Et quia in euāgelijs sepe legit̄ in illo tēpore ideo cū singulis diebus legunt̄ in eccl'ia ꝑticule euangelioꝝ p̄mittit̄: in illo tp̄e. Uiri fratres oportet impleri scripturā quā p̄dixit spiritussanctus ꝑ os dauid đ iuda qui fuit dux eorū qui cōprehenderūt iesum: qui duxit cohortem ⁊ regis ministros ad ortum in q̄ orabat dominꝰ. Uel q2 osculo dedit ꝑditiōis indiciū. ⁊ ita p̄buit eis ducatū: q̄ cōnumeratus est in nobis. i. sortitꝰ est sortē ministerij huius scz ⁊ apostolatꝰ q̄ q̄si sorte vt dominica electione obtinuit apostolatū. Et elegāter dictū ē cōnumeratus quia numero non merito inter apostolos cōputatꝰ est. Uel respicit ad hoc qđ dixerat: q̄ fuit dux eoꝝ qui cōp̄henderunt iesū ⁊ sortitus est sortē ministerij huiꝰ scz ducatus. id ē habuit hunc ducatū. Et hic q̄dez possedit agrū de mercede iniq̄tatis. Qđ quidam mystice exponunt. id est ꝑ accepto p̄cio ꝑditionis possedit infernū: q̄ dicit̄ terra morientiū: sicut paradisus terra viuētiū. Alij dicunt iudā ibi sepultū. ⁊ ita possedisse. s3 nō est autenticū. Dictū est ergo possedit. id est possideri fecit. q2 de possessione eiꝰ ꝓpria emptus ē ⁊ ab alijs possessus: ⁊ suspēsus crepuit medius: ⁊ diffusa sūt viscera eiꝰ sed non ꝑ os eius vt sic parceret̄ ori quo saluatorē osculatꝰ fuerat. Nō enī tam viliter debuit inq̄nari: qđ tā gloriosū scz os xp̄i ꝯtigerat. Dignuz enī erat vt viscera q̄ ꝑditionem cōceperant rupta caderent: guttur quoqꝫ q̄ vox ꝑditionis exierat laqueo artaret̄. Sepe enī moduz pene exprimit modus culpe. Unde abscidit̄ homini caput corporis: q2 ipe sibi abscidit caput mētis id est ratiōez: sicut ⁊ iudas mortuus ē in aere tanqꝫ aereis potestatibꝰ sociādus. Cōgruum enī erat vt separaret̄ ab angelorū ⁊ hoīm regione qui offensus fuerat vtrisqꝫ. Et ita modus ⁊ locus pene congruit culpe.

De electione Mathie. Ca. X.

## T notum factū

e est hoc omnibꝰ habitātibꝰ hierl'm ita vt appellaret̄ ager ille lingna eorū acheldemach. Qđ est dictū eoꝝ. dicunt quidam hec nō fuisse ꝟba petri cū iudeꝰ eēt: ⁊ ad iudeos loq̄ret̄. s3 luce qui grece scripsit: ⁊ ī hebreo nomē agri exp̄ssit. Alij dicūt q̄ latinꝰ interpres h̄ addidit. s3 meliꝰ a petro dictū accipit̄: ⁊ ꝯtinuat̄ ei qđ dixerat. Notū factū ē oībus habitātibꝰ hierl'm ita vt appellaret̄ ager ille acheldemach lingua eoꝝ. i. hierosolymitarū. q2 cū petrꝰ galileꝰ esset ⁊ eadē eēt lingua galileoꝝ ⁊ hierosolymitarū: tn̄ diuersa erant lingue idiomata. Un̄ petro dictū ē. vere galileꝰ es: nam ⁊ loquela tua manifestū te facit. i. idioma lingue galileoꝝ. Scriptū est enī in libro psalmoꝝ: non est dictum in libris. Unde insultat Augꝰ Hieronymo. librū psalmoruz ꝑ quinqꝫ volumina distinguēti. Tunc enī dici debuit in quarto libro psalmoꝝ. Fiat habitatio eoꝝ deserta. ⁊ nō sit q̄ habitet in ea: de suis scz. ⁊ episcopatuz eius accipiat alter. id ē alius: quia de multis discipulis. id est. lxxij. electus est mathias eiqꝫ substitutus est. Ul' ideo dictū est: q2 mathias fuit longe alter ab eo: q2 vir sanctus: iudas vero nequā vel alter



185

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

duoꝝ quoꝝ sortes misse sũt. Oportet ergo ex
his viris ꝙ nobiscũ sunt congregati in omni
tp̃e quo intrauit ⁊ exiuit dñs iesus: incipiẽs
a baptismate iohãnis vsqꝫ in diẽ ꝙ assumptꝰ
est a nobis: testẽ resurrectionis eius nobiscũ
fieri vnum ex istis. q. d. Quia mortuus est iu
das. ⁊ sic ꝓphetatum est: qꝛ episcopatum eius
accipiet alter. ergo oportet vt aliquem ei sub
stituamꝰ ꝙ testet̃ nobiscũ resurrectionẽ eius:
quia dictũ est nobis. Eritis mihi testes ĩ hie
rusalem resurrectiõis mee scꝫ ⁊ in om̃i iudea
⁊ samaria: ⁊ vsqꝫ ad vltimũ terre. Et quia te-
stis nõ nisi de his que vidit vł audiuit debet
testimonium ferre: eligẽdus est de his viris
qui a baptismo iohãnis postq̃ꝫ cepit iesus fa
cere ⁊ docere vsqꝫ in diem ascẽsionis nobiscũ
fuerunt: ⁊ domini miracula viderũt ⁊ doctri
nam audierunt. Et nota ꝙ dictum est ex his
viris non de sexu infirmiori ⁊ ad hoc minus
idoneo. Et statuerunt illos duos alijs prefe-
rẽtes ioseph qui vocabatur barsabas ꝙ cog-
nominatus est iustꝰ: et mathiam: de cuiꝰ lau-
de subticetur: quia sufficit ei ꝑ laude ꝙ ĩ apo-
stolum eligitur. Joseph vero cõmẽdatur: ne
tanq̃ꝫ indignus respui videretur. Et habemꝰ
hic plane in glosa. quia iste ioseph qui voca-
batur barsabas fuit barnabas: ꝙ postea cum
paulo in apostolatum electꝰ est. Sed non est
huic opinioni adherendum: quia ex sequẽti-
bus euidens fiet hoc non constare Iste nãqꝫ
ioseph fuit frater trium apostolorum filiorũ
alphei: nec fuit apostolus. Et orãtes dixerũt.
Tu domine qui nosti corda omniuꝫ ostende
quem elegeris ex his duobus accipere locuꝫ
ministerij huius ⁊ apostolatus. de quo p̃ua-
ricatus est iudas vt abiret in locũ suũ. Et de-
derunt eis sortes. Et cecidit sors suꝑ mathiã
et annumeratus est cũ. xj. Non est modo vtẽ
dum sortibus vt tradit Hieronymꝰ pro hac
auctoritate: quia p̃uilegia paucorum non fa
ciunt legem cõmunẽ. Nondũ tamẽ missus ẽ
spiritussanctus necdum figure legales peni
tus cessauerant. Jdo adhuc posite sũt sortes
sicut in veteri testamento sepe factum legitur
Nam saul sorte electus est: ionathas ⁊ armi-
ger eius sortes iecerunt. Dauid quoqꝫ sortes
iecit quando. xxiiij. sũmos sacerdotes elegit.
Si q̇s tñ cõpellit̃ vti sortibꝫ ap̃los imitetur
ꝑmissa scꝫ oratiõe ad dñm. Facta est ergo ele
ctio mathie inter ascensioneꝫ ⁊ spiritussancti
missionem: sed qua die incertum est.

De missione sp̃ussancti. Ca. XI.

Et cum cõplerẽtur dies penthecostes: erãt om̃es
discipuli pariter in eodem loco in
quo facta est electio mathie. Sed videt̃ ꝑpe
ram dictum cum complerent̃: cũ hec fuit pri
ma. vij. dierũ quibꝫ ꝓtelabat̃ festum penteco
stes. Tria enĩ erant festa que. vij. diebꝫ ꝓtela-
bantur scꝫ pascha: pẽthecoste: ⁊ scenophegia.
Uidetur ergo potius dicendũ fuisse cum in-
ciperent dies penthecostes. Sed pentheco-
stes equiuocũ est ad quinquagenam. ⁊ ad eã
solennitatem septem diebus ꝓtelatam. Pen
thacon enĩ interpretatur quinquaginta: inde
penthecoste qd̕ quinquagenam significat. et
est grecum vocabulum penthecoste sicut pa-
rasceue ⁊ scenophegia. Sed de hoc noĩe pa-
scha questio est. Habent enim hebrei multa
greca vocabula: quia sepe ꝑ multas captiui-
tates particulares dispersi sunt: ⁊ fuerũt ĩter
grecos a quibꝫ multa vocabula retinuerunt.
Est ergo sensus. Et cum cõplerent̃ dies pen
thecostes. id est q̇nquagene. illa enĩ dies erat
q̇nquagesima a resurrectione: ⁊ cũ inchoarẽt̃
dies penthecostes. i. illiꝰ solennitatis septem
diebus ꝓtelande: erant omnes discipuli ĩ ce-
naculo. Et dum essent pariter in eodem loco
factus ẽ repente de celo. i. de aere sonꝰ. qꝛ fra-
gor q̇dam insonuit in aere tanq̃ꝫ aduenientis
sp̃us. i. soni vehemẽtꝫ: vt sit tãqꝫ nota silitudi
nis. ac si diceret. Uenit sp̃ussanctꝰ ĩ similitu-
dine vẽti vehemẽtis vel tãqꝫ sp̃ussanctꝰ vehe
mẽtis. Et erit tãqꝫ expressiuũ veritatis: qꝛ ve
re sp̃ussanctꝰ dr̕ vehemens: q̃si vehens a mẽ-
te. id est a mẽtis affectibꝫ alienans. Uł iuxta
quod ait ille clareuallẽsis abbas bernardus
Merito dr̕ vehemens q̃si ve adimens. id est
eternã dãnationẽ. Potest g̊ ⁊ ad sonum et ad
spiritũsanctũ referri qd̕ dictũ ẽ: tanq̃ꝫ aduent
entis sp̃us: qꝛ sp̃us equocũ ẽ ad vtrũqꝫ: sicut
ruha in hebreo pneuma ĩ greco. Et repleuit
sonꝰ ille vel sp̃ussanctꝰ totã domuꝫ vbi erant
sedẽtes. i. viros ⁊ mulieres in domo sedẽtes
implẽs qd̕ dictum erat eis. Sedete ĩ ciuitate
q̇adusqꝫ induamini v̾tute ex alto. Et apparu-
erunt illis disp̃tite lingue tãqꝫ ignis. i. radio-
li ignei in modũ linguaꝝ insidentes capitibꝫ
singuloꝝ. Ipsa autẽ spẽs creature in qua spi-
ritussanctꝰ descendit visibiliter ad quem vsũ
tũc descẽderit in ap̃los exp̃ssit species ignis



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

ostēdēs spiritūsanctū tunc datū eis ad robur
species linguarū ad scientiā. Lingua eni sciē
tiam explicat: ignis testam roborat. Datus ē
etiā spūssanctus apostolis ante passionē: qn̄
missi sunt ad predicandum: et dictum est eis.
Egros sanate. demões eijcite. mortuos susci-
tate. Post resurrectionē etiā datus est eis ad
alium vsum qn̄ insufflauit ꝛ dixit eis. Accipi
te spiritūsanctū quorū remiseritis peccata re
mittunť eis: ꝛ quorū retinueritis retenta sunt
Ubi forte claues quas dederat petro: dedit
ꝛ alijs. Et repleti sunt oēs spūsancto: ꝛ cepe-
rūt loqui varijs linguis: put spūssanctus da
bat eloqui illis ꝗ diuidens singulis put vult
vbi vult. quādo vult. quātū vult. quomodo
vult. quibus vult spirat. Inde est ꝙ apostoli
vel vna tm̄ lingua scꝫ hebrea loquebāť ita ꝙ
ab omnibꝫ intelligebātur. Uel qđ verius est
linguis omnibꝫ loquebāť: quibus inspiraue
rat spiritussanctꝰ omniū linguarum noticiaꝫ
iuxta qđ in sapiētia legiť. Spiritus domini
repleuit orbem terrarū. ꝛ hoc qđ cōtinet om-
nia. id est homo conuenientiam habens cum
omni creatura vel ꝓpter quem facta est om-
nis creatura: scientiam habet vocis. id est lin
guarum: ac si diceret. Spiritꝰ domini reple-
uit orbem terrarum: ꝛ dedit discipulis scien-
tiam linguarū.

De miraculo linguaꝝ. Ca. XII.

# Erant autez in

hierusalem iudei viri religiosi: ꝛ i
iudea habitantes: et p̄ter illos alij
multi supuenientes fere ex omni natiōe que
sub celo ē: quia multis captiuitatibꝰ dispersi
fuerāt iudei: p̄cipue sub antiocho epiphane:
ꝗ captiuitas fuerat vicinior huic facto: ꝛ mo
do ad diem festum om̄es conuenerāt. Audi-
to ergo fragore qui insonuerat in aere conue-
nerūt omnes ad discipulos: ꝛ mirati sūt quo
niā audiebat vnusquisqꝫ lingua sua illos lo-
quentes. Et merito dictū est singulariter: lin
gua sua: quia nō sciebant solum linguas: sed
etiam linguarū idiomata. Alij aūt irridebāt
eos dicētes. Musto pleni sunt. id ē vehemē-
ter ebrij: quia vehemētior ē ebrietas ď musto
q̄ꝫ de vino defecato.

Qualiter petrus conuicit mentientes auctorita-
te prophetarum.

Capitulum. XIII.

# Tunc surrexit petrus

cuꝫ. xj. ostendēs eos non eē ebrios
sed spiritusancto repletos dicens.
Non sunt ebrij hi cū sit hora diei tertia. q. d.
Nōdum est tempus comedendi nec solēt in-
ebriari ieiuni. Et quia sciebat legem: ꝛ scien-
tibꝰ legē loq̄bať: ostēdit ꝓphetatum eē a iohel
spūssācti aduētum. Et cū non inducat ꝓphe-
tiam iohelis: nisi vt ostēdat ꝓphetatū esse ad-
uentū spūssancti: incidenter annectit ď die iu
dicij: quia p̄dixit iohel iudicij signa quedam
iam impleta: quedaꝫ adhuc implēda. Erit in
nouissimis diebꝫ dicit dominus effundaꝫ de
spiritu meo sup oēm carnē. id est super vtrūqꝫ
sexū: non sup omnē hominē ꝛ ꝓphetabūt filij
vestri: vt agabus ꝛ simon niger: ꝛ filie vestre
vt filie philippi: ꝛ iuuenes vestri visiones vi
debūt: vt paulus raptꝰ vsqꝫ ad tertiū celuꝫ: et
senes vestri somnia somniabūt vt petrus ď ꝗ
legiť. Estimabat aūt se visuꝫ videre: hucusqꝫ
de aduentu spūssancti.

De ꝓdigijs in celo sursum impletis.

Capitulum. XIIII.

# Et dabo prodigia in celo

sursum. Qđ impletum est cū ad in-
dicium dñice natiuitatꝭ noua stel-
la in aere apparuit. Et secūdo i aere in passi-
one: qn̄ sol obscuratus est. ꝛ signa in terra de-
orsum. Qđ impletū est cum christo spiritum
emittēte terra cōtremuit et petre scisse sunt: et
monumēta apta sunt. Sanguinē dñici vul-
neris vel sudoris: qn̄ factus est sudor eius si-
cut gutte sanguinis qđ p̄ter naturam fuit: et
ita signū fuit. sic ꝛ sanguis de latere dñi mor-
tui ꝓfluens p̄ter naturam signū fuit. Et ignē
spūssancti vehementis supuenientis: ꝛ vapo
rem fumi. id est feruorē cōpunctionis de spūs
sancti ardore tanqꝫ fumus de igne ꝓcedentis
sol conuerteť in tenebras ꝛ luna in sanguinē
In passione sol in tenebras versus est. Sed
cum tūc pleniluniū esset: vtruꝫ tūc luna i san-
guinem versa sit: hominibꝫ inotescere nō po-
tuit cū esset sub terra: ꝛ visibus humanis ob-
iectu terre subtracta. De altero itaqꝫ istoꝝ cō
stat: qꝛ iam impletū est. Forte adhuc reliquū
est implendū. Et hec omnia fient anteqꝫ veni
Forsan iudas erat ꝓprium nomē hospitis sui
vel forsan erat de tribu iude vt sit sensus. In
domo iude. id est inter iudeos qui ibi erāt de
illa tribu: vel in domo iude. id est in vico iu-
deorū. Vicus aūt dicit a vicinia ciuitatis vt
dicit Rabanꝰ. vt ꝓprie dicātur vici viciniora
rura ciuitatis. Hoc tm̄ ⁊ sepe alibi aliter acci-
pit. Ne timeret ananias venire ad saulū quē
nouerat acerrimū ꝑsecutorē christianoꝝ: ad-
didit dn̄s. Ecce eni orat: quasi diceret. Non
est timēdus q2 factꝰ est de saulo paulꝰ. ⁊ de lu
po agnꝰ. Et ego etiā reuelaui ei aduētū tuuȝ.
Iā eni vidit in spiritu te introeuntem ad se: ⁊
imponentē ei manꝰ vt visum recipiat. Tunc
ananias. Domine audiui a multis de viro h̄
quāta mala fecerit sanctis tuis in hierusaleȝ
⁊ habet ꝑtāteȝ a p̄ncipibꝫ sacerdotū alligādi
omnes q̄ inuocant nomē tuū. Ad quē domi-
nus. Vade quoniaȝ vas electionis est mihi
iste. id est vas electum. ⁊ in fornace tribulati-
onis ꝓbatū: vt portet nomē meū corā regibꝫ
⁊ gentibꝫ ⁊ filijs israel. Et tu quideȝ baptiza-
bis eum sed nō docebis euȝ: ego enim solus
docebo eū: ⁊ ostendā ei quāta oporteat eum
pati ꝓ noīe meo: vt per multas tribulatiōes
probetur vas electum ⁊ mala que intulit san

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

etis patiať cū sanctꝭ. Abijt ananias ⁊ veniēs ad hospitiū pauli itrauit ad eū ⁊ imponens manū dixit. Saule frater. dn̄s iesus q̄ apparuit tibi i via qua veniebas misit me ad te: vt videas iteriori ⁊ exteriori oculo: ⁊ implearis spiritusancto. i. spiritūsanctū plenꝰ accipias postea in baptismo. Et ꝯfestim ceciderūt ab oculis eiꝰ tanq̄ squame: ⁊ visum recepit: ⁊ surgens baptizatꝰ est: ⁊ cū accepisset cibum ꝯfortatus ē. Et fuit cū discipulis q̄ erāt damasci ꝑ dies aliquot: ⁊ cōtinuo ingressus synagogas ꝑdicabat dn̄m iesum qm̄ hic est filius dei. Stupebant aūt oēs q̄ audiebāt ⁊ dicebant. Nōne hic est q̄ expugnabat i hierusalē eos q̄ inuocabāt nomē istud. ⁊ ad hoc huc venerat vt vinctos eos duceret ad principes sacerdotum. Saulus autem magis cōualescebat in xp̄o ⁊ ꝯfundebat iudeos q̄ erant damasci: affirmans q͛ hic est christus.

De inuidia iudeoꝝ i paulū. Ca. XLVIII

## Um aūt imple

c renť dies multi a baptismo pauli ꝯsiliū fecerūt iudei vt eū interficerēt. Ex eo q̄d dictū est cū implerenť dies multi pōt videri hoc nō fuisse factū in hoc ꝑmo aduentu damasci sed in scd̄o: q͛ forte transijt in syriam ⁊ ciliciam: ⁊ ibi ꝑdicauit ⁊ multos cōuertit. Postea cum iterū venit damascum. q͛ magis suscitauerat inuidiā iudeorū. in scd̄o aduentu damasci statuerunt ꝯcilium vt eum occiderēt. sed notificate sunt ei insidie iudeoꝝ ⁊ custodiebāt portas ciuitatis die ac nocte vt eum dolo iterficerēt: nō iudei s̄ ciues damasci ⁊ ꝑpositus gentis arethe regis ad petitionem iudeoꝝ: sicut ipe apostolꝰ i ep̄la scd̄a ad Corinth. refert dicens. Damasci ꝑpositꝰ gentis arethe regis custodiebat ciuitatem damascenorū: vt me cōꝑhenderet. Discipuli autē eius nocte dimiserūt eū in sporta ꝑ murum. Et vide q̄ in greco additū nō ē eius. s̄ dictū ē simpliciter discipuli: q͛ nō habebat paulus discipulos: s̄ oēs christiani tūc dicebāť discipuli. q͛ nōdū inuentū erat hoc nomē christianꝰ. Elapsus paulꝰ a manibꝰ damascenorū venit in hierl'm. ⁊ volens se iungere discipulis dn̄i scꝫ ap̄lis. s̄ oēs timebāt eū nō credētes q̄ eēt discipulꝰ. Tūc barnabas cyprius leuites genere: q̄ vt supra dictū ē ꝑciū agri venditi posuit ad pedes ap̄loꝝ dn̄i: apprehēsū illū duxit ad ap̄los narrauitq̄ quomodo in via vidisset dn̄m. ⁊ q͛ locutꝰ est ei: ⁊ quō in damasco fiducialiter egerit in noīe iesu. Quos aūt apostoloꝝ inuenerit in hierl'm in ep̄la ad galathas ostēdit scꝫ petrū ⁊ iacobū ep̄m hierosolymoꝝ: cū q̄bꝰ mansit. xv. diebus sicut ipe in epistola ostendit dicēs. Deinde post ānos tres scꝫ a cōuersione mea veni in hierusalem videre petrū: ⁊ mansi apud eum. xv. diebus: aliū autē apostoloꝝ vidi neminē nisi iacobū fratrē domini. Et erat cum illis scꝫ petro ⁊ iacobo ⁊ alijs discipulis q̄ erant in hierusalem intrans ⁊ exiens per. xv. dies. Deinde venit in partes syrie et cilicie: ⁊ ibi loquebať gētibꝰ ⁊ disputabat cum grecis. id est iudeis inť grecos dispersis. Hec aūt historia pre nimia sui breuitate rei veritatē ꝯfundit quasi totū i hierusalē factū sit. Ita enī ꝓcedit series historie. Et erat cum eis intrans ⁊ exiens i hierl'm: fiducialiter agēs in noīe dn̄i. Loquebať autē gentibꝰ ⁊ disputabat cum grecis. Illi autem scꝫ iudei ꝯuersantes iter grecos cū q̄bꝰ disputabat: voluerūt eū occidere. Q̄d cū cognouissent fratres: deduxerūt eum cesareā: q̄ ciuitas est palestine: ⁊ inde dimiserūt eū tharsum q̄ ē ciuitas cilicie: vnde ipe oriūdus fuit. Postea redit historia ad petrū ꝺ actibꝰ ap̄loꝝ agens quasi modo interscalari.

De curatione Enee. Ca. XLIX.

## Actum est autē

f vt petrus dum ꝑdicando discurreret venit liddā. Inuenit autem ibi hominē quendā eneam noīe: paraliticum ab annis. viij. in grabato iacentem. Et ait illi petrus. Enea sanet te dominꝰ meus iesus christus: surge ⁊ sterne tibi lectū: q̄ prius nec etiā poterat de lecto surgere. Et cōtinuo surrexit. Et viderūt illū omnes q̄ habitabant lidde ⁊ sarone. ⁊ ꝯuersi sunt ad dn̄m. Erat aūt i ioppen discipula q̄dā christiana que hebraice dr̄ thabita: grece dorcas: latine autē damula vł caprea. Sup marcū tamē habemus: q͛ thabita interpretatū est puella. Unde thabitacumi interpretatū est puella surge: ⁊ s̄m hoc sunt diuerse interpretationes huius nomis. Hec autē erat plena opibus bonis ⁊ elemosinis quas faciebat ⁊ ꝑcipue in ꝯsuendis vestibus pauperum multum laboris impendebat. Factū est aūt in diebus illis in quibus petrus venerat liddam vt infirmata moreretꝛ. Cumq̄ lauissent corpꝰ posuerunt in superiori

192

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

cenaculo Et cū lidda ꝓpe esset ioppen discipu
li audiētes qꝛ ꝓpe esset petrꝰ lidde: miserūt ad
eū duos viros dicētes. Ne pigriteris venire
vsq ad nos: z nō aperuerūt ei causam. Exur-
gens aūt petrꝰ venit cū illꝭ. Et cū aduenissent
duxerūt eū i cenaculum vbi iacebat mortua
thabita. Et circūsteterūt eū oēs vidue flētes
z ostendētes ei vestes q̄s faciebat illꝭ dorcas
vt opibꝫ miscdie ipaz opam dedisse ostēderēt
z sic petrū ad cōpassionē cōmouerent. Tunc
petrꝰ oēs eiecit nō tāq ꝑperam aliq̄d facturꝰ:
qd vellet alios latere: vt hi q̄ magicis artibꝫ
vel ꝯsilio demonū aliq̄d machinant̄: sed ma-
gistrū suū volēs imitari: q̄ filiā archisynago-
gi suscitaturꝰ oēs de domo eiecit paucis exce
ptis. Vel forte qꝛ nōnulli erāt visione mira-
culi indigni: eiectis oībꝫ foris facta genufle-
xione orauit. z ꝯuersus ad corpꝰ ait. Thabi-
ta surge. At illa aperuit oculos: z viso petro
resedit: z dans illi manū: erexit eā: z cōuocatꝭ
q̄ exierāt: reddidit eis eā viuā. Et notū factū
est miraculū ꝑ vniuersaz ioppen: z multi cre-
diderūt in deū. Et moratꝰ est petrꝰ in ioppen
multis diebꝫ apud simonē coriariū vel curia
rium. vel a corio: vꝭ curia. quia forte curialis
erat. ideo dictus curiarius. vꝭ qꝛ parabat co
ria. ideo dictus est coriarius.

De ꝯuersione cornelij. Ca. L.

Vir aūt quidam erat i cesarea noīe corneliꝰ: cēturio
cohortis q̄ dicebat̄ italica. qꝛ missa
fuerat a romana ciuitate q̄ ē in italia qꝛ roma
ni impatores mittebāt milites suos ꝑ ciuita
tes ad custodiēdas munitiōes. Et h̄ erat reli
giosus z timens deū: religiosus sup̄ gradū ti
moris. timēs infra gradū religionis. i. pietatꝭ
qꝛ in graduali ascen
su donorū spūssancti
gdus pietatis ē sup̄
gradum timoris. In
quantū g religiosus
supra gradū timoris: intātū timēs deuz infra
gradū religionis vt noīe religionis itelligas
spirituz pietatis. Erat inquā religiosus cum
omni familia sua q̄ religiosa erat et timorata
faciēs elemosynas multas plebi nō acceptor
ꝑsonaꝝ. Iste cuz eēt q̄si hora nona diei vidit
in visu manifeste. i. manifesta visione nō per
somniū vel i extasi angelū dei introeuntē ad
se: z dicētē sibi. Corneli. At ille intuēs in euz

Pietas equiuocū est
ad cultuz dei: z ad cō-
passionem ꝓximi.

timore correptꝰ dixit. Quis es dn̄e. Ad quez
angelꝰ. Orationes tue z elemosyne tue ascen-
derunt i memoriā in ꝯspectu dei. Et nūc mit-
te viros in ioppen z acersi simonē quendaz q̄
cognominat̄ petrus. Hic hospitatur apud si
monē quendā coriariū: cuiꝰ domus est iuxta
mare tyrrenū: qꝛ ioppen ciuitas terre ꝓmissi-
onis erat mari tyrreno ꝓxima z in ipiꝰ orien
tali litore sita: z ex ꝑte litoris sita erat domus
simonis coriarij hospitis petri. Hic inq̄t di-
cet tibi q̄d te oporteat facere. Ecce cornelio
dictū ē ab angelo. Exaudite sūt oratiōes tue
Unde ꝯstat eū tunc fidez habuisse: qꝛ in hoc
ꝯsonāt sancti ꝙ merito fidei venit̄ ad opa et
nō viceuersa. Nōdū tn̄ credebat xp̄m incar-
natum: qꝛ de tꝑe incarnationis incertꝰ erat: ig
norans an iam incarnatꝰ: an adhuc incarnan
dus. Non tn̄ suberat falsitas fidei eius. quia
cū fidem incarnatiōis haberet salua fide po
terat esse i ambiguo: an iā venisset. an adhuc
in carne vēturꝰ esset. Quia nōnullos sanctoꝝ
patrum latuit xp̄m natū esse postq natus est
vt simeonē vsq ad quadragesimū natiuitatꝭ
eiꝰ diē. Non tn̄ putandū ē eos fidē incarnati
onis nō habuisse. qꝛ tp̄s nō est de articulo fi-
dei. imo cū nondū esset eis p̄dicatū vel inspi
ratū ꝙ iam natꝰ eēt: salua fide licuit eis esse i
ambiguo: an iā natꝰ eēt: an adhuc nasciturus
Cū discessisset angelꝰ a cornelio vocauit du-
os domesticos suos: z militē metuētem dn̄m
qd de domesticis nō est dictū. qꝛ ꝯstabat fa-
miliā eiꝰ religiosā esse z timoratā. Quibꝫ cuz
narrasset singula: misit illos in ioppen.

De visione Petri. Ca. LI.

Postera autē die iter facientibus illis et appropin-
quātibus ciuitati ioppe: vel appa-
rentibus s̄m aliam litteraz: vt iam possent vi
deri d̄ hospitio petri. scz d̄ domo simonis co-
riarij: ascendit petrus in superius cenaculum
hospitij sui circa horam sextam vt in secreto
oraret: et post orationem comederet: quia tē-
pus erat comedendi: et ipe patiebatur esuriē.
Et parantibus prandiū ministris: cum ipse
esset in oratione: cecidit suꝑ euz extasis: quia
domino operante passus est alienationē mē-
tis ita vt nō vteretur sensibus humanis. Et
in hmōi extasi vidit celum apertum. id ē aerē
et de aere aperto descendens vas quoddam
velut lintheū magnū de celo submitti in ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. C.5.9

ram quattuoꝛ lintheis vel litijs vel initijs:
que littera verioꝛ est. Dicunť autẽ initie funi-
culi molles quib⁹ circũliganť pueri in cuna-
bulis. facti de stuppea materia. vľ de serico ad
opus nobiliũ. Videbať ergo ei vas illud q̃si
lintheum quattuoꝛ initijs quattuoꝛ coꝛnib⁹
alligatis. in aere appensum. ⁊ ita demitti ĩ ter-
ram. ⁊ in eo esse omnia genera animaliũ. qua
drupedia. serpentia terre. Et cũ esuriret. facta
est vox ad eum dicens. Surge petre macta ⁊
manduca. Ac si diceret ei in spiritu. Trãsi ad
gentes. ⁊ occide in eis vicia. ⁊ sic ecclesie ĩcoꝛ-
poꝛa. Absit inquit domine. quia nunq̃ȝ man
ducaui cõmune. i. ĩmundum. Et est idioma
hebꝛeoꝛum reputantiũ cibos ĩmundos qui-
bus cõmuniter vtebanť gentes. vnde voca-
bant cõmunes quasi immundos. Abhoꝛru
it ergo petrus quod dictũ est ei manduca. q̇a
ostensa ei fuerant q̃drupedia. ⁊ serpentia ꝑm
legem ĩmunda. quia graue videbať ei vti ci-
bis in lege ꝓhibitis. ⁊ maxime timebat repꝛe
hensionẽ iudeoꝛum si vtereť cibis gentilium
Et ideo cũ ita cũcta abhoꝛreret. facta est vox
secundo ad eum dicẽs. Quod deus purifica-
uit cõmune ne dixeris. Quod cõstat ei spiri-
tualiter dictũ fuisse de gentibus. iam in dei p̃
scientia per fidẽ purificatis. De quarũ purifi
catione instruxerat petrũ vox pꝛima facta ad
eum dicens: occide ⁊ manduca. Cũ aũt osten
sa fuissẽt ei serpentia terre. constat ea nõ fuisse
a deo purificata. nec alicui siue iudeo siue gẽ-
tili ad comedendũ munda. Hoc aũt factũ est
ei ter. scȝ vas semel iterato ⁊ tercio in terra de-
missum. ⁊ vox ter audita est ꝓ cõmẽdanda ve
ritate visionis vel fide trinitatis. Nam vt di-
cit Ambꝛo. In cathecismo fit trina interroga
tio. scilȝ credis in deũ. abꝛenuncias sathane.
vis baptizari. Similiter trina vnctio. in ver-
tice siue fronte. in scapulis. in pectoꝛe. In ba
ptismo quoq̧ fit trina ĩmersio. Post trinã va
sis ostensionem. receptũ est vas in celum. Et
dũ intra se cogitaret petrus. quid sibi vellet
hec visio. Ecce tres viri qui missi fuerãt a coꝛ
nelio. inquirentes domũ simonis coꝛiarij ste-
terunt ad ianuã. querẽtes si simon qui agno-
minať petrus illic haberet hospitiũ. Et cogi-
tante petro de visione: dixit eis spiritus. Ecce
tres viri querunt te. Causam tamẽ cur eũ q̃re
rent ei subticuit. quã ipse postea ab eis didi-
cit. Quid ad conseruandã humilitatẽ aliquã-
do pꝛophetie spiritus ex parte animũ tangit
et ex parte nõ tangit. Surge inquit ⁊ descen-
de. ⁊ vade cũ eis nihil hesitans. quia ego mi
si illos. Descendẽs autẽ petrus ad eos dixit.
Ecce ego sum quẽ queritis. que causa est pꝛo
qua venistis. Ad quẽ illi. Coꝛnelius cẽturio
vir religiosus ac timens deum. ⁊ testimoniũ
habens ab vniuersa gente iudeoꝝ responsum
accepit a spiritusancto vt accersiret te ĩ domũ
suam ⁊ audiret verba a te. Et introduxit eos
in hospitium suũ ⁊ fuerunt cum eo nocte illa.
Sequenti autẽ die ꝓfectus est cũ illis ⁊ qui-
busdam fratribus qui eũ comitati sunt a iop-
pe vt ei testes essent.

Q petrus venit ad coꝛnelium vo-
catus.

Capl'm. LII.

**Ltera autez die**
a secunda ab egressu de ioppe intro-
iuit cesaream. Coꝛnelius ꝟo expe-
ctabat illos cõuocatis cognatis suis ⁊ ami-
cis necessarijs. Amici necessarij dicũtur qui
nõ deserunt hominẽ in articulo necessitatis.
Et cũ introisset petrus obuius occurrit ei coꝛ
nelius. ⁊ ꝓcidens ad pedes eius adoꝛauit eũ
ipo gestu coꝛpoꝛis expꝛimẽs deuotionẽ men
tis. Petrus ꝟo eleuauit eũ dicens. Surge q꞉
ego homo sum vt tu. Et cũ multi adessent co
gnati. scȝ ⁊ amici cõuocati. locutus est eis pe
trus dicẽs. Vos scitis q̃ȝ abominabile sit vi-
ro iudeo accedere ad alienigenã. Sed osten-
dit mihi deus nullũ hominẽ ĩmundũ esse ꝓ-
pter quod sine dubitatione veni accersit⁹. In
terrogo ergo quã ob causam accersistis me.
Ad quẽ coꝛnelius. A nudius quarta die oꝛa
bã hoꝛa nona ĩ domo mea. ac si diceret. Quar
ta die ab hac hoꝛa ꝑm innouationẽ dieꝝ. Pri
ma eñ die vidit angelũ ⁊ misit nũcios. secun
da venerũt nuncij in ioppen. tercia ꝓuectus ẽ
petrus cũ eis. ⁊ illa nocte remanserunt in via.
quarta venerunt cesaream. ⁊ ecce vir stetit an
te me in veste candida. ⁊ ait. Coꝛneli exaudi-
ta est oꝛatio tua. ⁊ elemosyne tue a dõ accepte
mitte in ioppen ⁊ accersi simonem qui cogno
minať petrus. ⁊ statim misi ad te. ⁊ tu bene fe
cisti veniendo. Nũc ergo om̃es nos assum⁹
in cõspectu tuo ꝓmpti obedire tibi in omni-
bus quecũq̧ pꝛecepta sunt tibi a dño. Tunc
petrus aperiens os suũ dixit. Nũc in verita-
te comperi quoniã non est ꝑsonarũ acceptoꝛ
deus. nec discernit inter iudeos ⁊ gentes. sed



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

in omni gente qui timet deum et operat̃ iusticiam acceptus est illi. Vos scitis q̄ iohãnes predicauit iesum a nazareth. scit ꝫ etiã q̄ factũ est verbum. id est. ꝓdicatio euangelij per vniuersam iudeã. incipiens a baptismo iohãnis quo baptizatus est iesus. postea prosequens quomõ vnxit eũ deus spiritusancto ⁊ virtute qui ꝑtransijt benefaciendo ⁊ sanando omnes a diabolo oppressos. Et nos testes sumꝰ omnium que fecit in regione iudeorũ. ⁊ q̄ eũ suspenderũt in ligno. ⁊ tercia die suscitatũ a deo Cuius nos testes sumꝰ qui manducauimus et bibimus cũ illo postq̄ resurrexit a mortuis. quibꝫ precepit ꝓdicare populo ⁊ testificari quia ipse est qui cõstitutꝰ est a deo patre iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. q̄ pater dedit illi omne iudiciũ. Nec nos solũ sed etiã omnes prophete illi testimoniũ perhibent. quia omnes ꝑ nomẽ eius remissionẽ peccatoruꝫ accipiunt qui credunt in eum.

Qr baptizauit cornelium ⁊ eos qui cum eo erant.

Caplm. LIII.

Adhuc loquente petro verba hec. cecidit spiritussanctus. ⁊ descendit repente suꝑ omnes qui audiebãt verbũ. Utrũ autẽ in igneis linguis vel in alia specie visibili descẽderit incertum est. Et obstupuerũt qui erant cum petro fideles de circũcisione. quia etiã in nationes. id est in gentiles gratia spũssancti effusa est. Audiebãt em̃ eos loq̃ntes linguis ⁊ magnificantes deũ. Tunc respõdit petrꝰ. Nũquid aquã quis ꝓhibere potest vt nõ baptizent̃ hi qui spiritũ sanctum acceperũt sicut ⁊ nos. qd maius est q̄ baptizari. Et iussit eos baptizari in nomine christi. subticẽs formã baptismi a dño traditã. ꝓ dilatatõe nois xpi In q̄ noie intelligit̃ ipse qui vnctus est. ⁊ pater a q̄ vnctus. ⁊ spũssanctꝰ q̄ vnctꝰ est. Tũc rogauerũt eũ. Et mãsit rogatus cũ eis aliquot diebꝫ. in quibꝫ ꝑmo credit̃ vsus fuisse cibis gentiliuꝫ. Unde postea redargutꝰ est. Dilatatumq̄ est vbiq̄ ⁊ delatũ vsq̄ ad fratres q̄ erãt i iudea. q̄ gẽtes recepant verbũ dei. Et hic fuit ꝑmꝰ trãsitus ꝑticularis aploꝝ ad gẽtes in q̄ ꝯuersus est cornelꝰ cũ familia sua.

Quomodo redargutus est petrus a christianis.

Caplm. LIIII.

Cum aũt ascendisset petrus hierosolimã. disceptabant aduersus eũ fideles de circũcisione dicentes. Quare introisti ad viros preputiũ habentes. ⁊ manducasti cuꝫ illis quasi dicerent. In duobꝫ cõtra legem fecisti. q̄ intrasti ad eos. ⁊ quia cibis eorum cousus es. Tũc incipiens petrus exposuit eis per ordinem ostensam a deo sibi visionẽ. ⁊ quomõ apparuerat angelus cornelio. Et in tota ꝓsecutione nõ addidit nisi vnũ verbũ quod dictuꝫ est cornelio. Mitte ⁊ accersi simonem qui cognominat̃ petrus. vbi addidit. qui loquet̃ tibi verba in quibꝫ salꝰ eris tu ⁊ vniuersa domus tua. Et ex eo quod statim subdidit. cecidit spiritussanctus suꝑ eos sicut ⁊ suꝑ nos ab initio: presumit̃ q̄ suꝑ cornelium et familiam suam descenderit spũssanctꝰ in linguis igneis sicut descenderat suꝑ apostolos die pẽthecostes. Et tunc inquit recordatus suꝫ verbi domini. qd nobis dixit. Johãnes quidẽ baptizauit aqua. vos autẽ baptizabimini spũsancto. Uidens hoc impletũ in cornelio ⁊ in familia sua. Audita petri excusatiõe multiplici destiterunt ab increpatione eiꝰ. ⁊ gratias egerũt saluatori. ⁊ ita impleta est ꝓphetia iob. Ab aquilone veniet aurũ. ⁊ ad deũ formidolosa laudatio. Id est ꝑ cõgelatione infidelitatꝫ gẽtiles cõparabiles aquiloni qui ĩ tenebrꝫ erãt. id est. in cecitate animi ꝑcipient lucem fidei. ꝑ quaꝝ illuminatiõe dirigit̃ ad deũ formidolosa laudatio. q̄ ꝑ inopinata ⁊ repentina gẽtium ꝯuersione fideles de iudea timẽtes glorificauerũt deum.

De continuatione historie.

Caplm. LV.

Nunc redit historia ad ordinem suũ. Quod em̃ intersertũ est de philippo petro ⁊ iohanne ⁊ paulo. postq̄ supra dictũ est. igit̃ qui dispersi erãt pertransibant euãgelizantes verbũ dei. quasi incidens fuit. Prosequit̃ ergo in hunc modum. Et illi qui dispersi erant a tribulatione que inceperat a morte stephani ꝑambulauerunt vsq̄ ad phenicẽ prouinciã sirie occidentalem ⁊ ciprum. nemini loquentes verbũ nisi solis iudeis. Erant autẽ quidaꝫ cum eis de cipro ⁊ cyrene. Qui cũ introissent antiochiaꝫ loquebant̃ ad grecos. annunciãtes dominũ

iesum. ⁊ erat manus domini cū eis. Et mult⁹ numerus credentiū ꝯuersus est ad dominū. Sup hunc locū dicit beda. quia post reuelationē sindonis cepit ecclesia crescere. Vñ cōijcitur ꝙ speciez sindonis vel linthei vidit petrus in visione. cū alibi dicaꝛ vas fuisse. alibi discus. Delatū est autē ad aures ecclesie que erat hierosolimis de conuersione anthiocenorum. ⁊ volentes plene certificari: miserunt barnabā in anthiochiā. Qui cū venisset ⁊ videret gratiā domini. gauisus est ⁊ exhortatus est oēs. vt in ꝓposito cordis manerēt in domino. qui erat vir bonus. plenus spiritusancto ⁊ fide. Et dicit sup hunc locū raban⁹ barnabam ideo multipliciter cōmendatū ne putetur ꝓ indignatiōe sua amisisse apostolatū. Et erat rabanus in ea opinione ẜm quā dicitur. barnabas ille super quē proiecta est sors cum mathia. postea tamē cū paulo in apostolatū electus est. Nos aliā sequimur opinionē. Vidēs aūt barnabas ꝙ non sufficeret ad erudiendā tantā multitudinē venit tharsum vt quereret saulum. ⁊ inuentū perduxit antiochiam ⁊ per annum cōuersati sunt ibi. ⁊ docuerunt turbam multā. Et tūc primo sequaces christiane religionis a christo capite denominati sunt christiani. qui prius dicebanꝛ discipuli. ⁊ fuit institutio gentiliū satis elegans. Visum est eñ incongruū ⁊ indecens gentilibus ad fidem conuersis. sequaces christiane religionis cōmuni nomine censeri. Sed potius denominādos esse a nomine magistri. sicut in sectis philosophoꝝ sequaces denominabantur a nominib⁹ magistroꝝ. vt ab epicuro epicuri. In his autē dieb⁹ superuenerūt prophete a hierosolimis antiochiā. Et surgens ex eis vnus nomine agabus ꝓphetauit ꝑ spiritūsanctū famē futurā in vniuerso orbe terrarum. ⁊ maxime in iudea que facta est sub claudio scilicet quarto anno claudij.

De collecta pauperibus facta.

Capitulū. LVI.

t **Unc proposue**runt discipuli facere collectā vt daret vnusquisq̧ pro modulo sue facultatis. ⁊ mitterent aliquid pauperibus qui erant in hierusalem. qui venditis omnib⁹ posuerant precia ad pedes apostolorum vt premunirent eos contra famem. Et tunc primū facta est collecta i vsus paupeꝝ q̃ missa est ꝑ barnabā ⁊ paulū in hierusalē.

De morte iacobi minoris.

Caplm. LVII.

e **O tēpore misit** herodes rex manus vt affligeret q̄sdam de ecclesia. Occidit autē iacobum fratrem iohannis gladio. Ut autē intelligatur locus iste de quo scȝ herode sit accipiendū. expedit ad tempus pretermittere historiam actuū apostolorū. ⁊ prosequi historiam romanoꝝ imperatorum. Non est putandum hunc fuisse herodem tetrarcham qui cognominatus est antipas. sed herodem agrippam. ille eñ non fuit rex sed tetrarcha. ille sciȝ filius magni herodis qui cōsensit pylato de nece domini. qui remisit eum ad pilatum indutum veste alba. qui iam deportatus fuerat in exilium viennā. ⁊ ibi mortu⁹ est. Pilatus ergo mortuus iam erat. qui vt a principio huius historie pretaxatum est. anno. xix. imperij tiberij cesaris erat ꝓcurator iudee vitellio preside sirie. ⁊ accusatus est in multis apud tiberium. Accusatus est a iudeis de violenta inocentum interfectione. Accusatus est etiam ꝙ iudeis reclamantibus ponebat imagines gētilium in templo. Accusatus est etiā quia pecuniā repositā in corbonan redegerat in vsus suos: inde faciens aqueductū in domū suam Et pro his oib⁹ deportat⁹ est in exiliū lugduni vnde oriund⁹ erat. vt ibi in opprobriū generis sui moreref. Vide quia musac erat archa in qua reponebanꝛ donaria regum vel principum. corbonan in quo reponebantur donaria sacerdotū ad reficienda sartatecta templi. Gazophilaciū in quo reponebanꝛ donaria transeuntium.

Quis fuerit substitutus procurator mortuo pilato.

Caplm. LVIII.

m **Ortuo pilato** substituit vitellius fratrē suū ꝓcuratorem iudee. Et volens placere iudeis satisfecit voluntati eoꝝ in quibusdā. scilicet de amotione caiphe. et promotiōe filij anne. q̄a ad petitionem eoꝝ amouit caipham a sacerdotio ⁊ substituit filium anne qui iam mortuus erat. reddiditq̧ ei stolam scȝ illam solennē ⁊ antiquā quā debebat habere sacerdos i potestate sua. vt ea vteretur in festiuis dieb⁹. Pi



194

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

latus ꝓo transtulerat eam in domū suā. ⁊ cuȝ
in festiuis diebꝫ necessaria erat sacerdoti. non
poterat eam habere nisi precio ꝓcedente. Tē
pore tiberij mortuus est philippus tetrarcha
ituree ⁊ traconitidis regionis. frater herodis
tetrarche mortuus est etiaȝ lisanias tetrarcha
abiline. Et ita vacabāt due tetrarchie. ⁊ aspi
rabat herodes agrippa ad alterā earū.

De proposito herodis agrippe.

Caplm. LIX.

ERat autē hero
des agrippa vir magnanimꝰ ⁊ belli
cosus sed pauperrimꝰ. nepos hero
dis tetrarche. ⁊ frater vxoris eiꝰ herodiadis.
Fuit em̄ filius aristoboli filij magni herodis
⁊ ipsa filia eiusdem. Disposuit ergo venire ro
mam. si forte posset impetrare a tyberio alte-
ram tetrarchiam vacantiū. Cūqꝫ venisset ro
mam videns eum tyberius militē strenuissi-
mū retinuit eum secum. fecitqꝫ adherere filio
suo druso. cui iam in vita sua cōtradiderat im
perium. Hec est iste drusus ille q̇ dormit mo-
guntie. Erat autem herodes agrippa vir ma-
gne liberalitatis. ⁊ vt sibi cōciliaret animos
romanoꝝ multa expendebat. et multis debi-
tis se obligauerat. et vt tradit iosephus. non
fuit homo in quo mutabilitas fortune adeo
posset deprehendi. Primo in hoc male ei cō-
tigit. quia mortuus est drusus filius tiberij.
de cuius morte adeo inconsolabiliter doluit
tiberius. vt omnes a presentia sua amoueret
qui familiariter adheserant druso. ne reduce-
rent ei ad memoriā mortem eius. Et compul
sus est herodes agrippa redire in iudeā. ⁊ de-
sperans pre nimia paupꝫtate intrauit turrim
vt ibi afficeret se fame. ⁊ ita moreretur Quod
significauit vxor sua sorori eiꝰ herodiadi vxo-
ri herodis tetrarche. que supplicauit viro suo
vt reuocaret eum a turri ⁊ daret ei necessaria.
Et acquieuit ei ⁊ statuit eū in tiberiade. et ibi
assignauit ei domū. ⁊ dedit ei necessaria vite.
Et quadā die cū esset herodes tetrarcha in ti
beriade. ⁊ epularetꝛ. factus hilarior solito. q̇a
incaluerat mero. cepit iproꝑare herodi agrip
pe qui epulabatꝛ cū eo beneficia que contule
rat ei. scilicet ꝙ liberauerat euȝ a peste famis.
Et doluit inde agrippa vltra modū. ⁊ dispo-
suit iterum redire ad tiberiū: si forte inueniret
animū eius imutatū. Et in reditu eius inue-
nit eū petronius vel tiberius. ⁊ honorifice re
ceptus est ab eo. ⁊ venit cum eo romā. Et cuȝ
haberet tiberius duos nepotes alterū d̕ filio
druso. i. tiberiū. ⁊ alterū de fratre germanico.
scilicet gaiū. volebat sibi substituere filiū filij.
qꝛ magis diligebat eum.

De causa inuidie tiberij ⁊ herodis
agrippe.

Caplm. LX.

Erodes autem
h agrippa magis diligebat gaium. ⁊
familiarius adherebat ei. vnd̄ sibi
suscitauit indignationē tiberij latentem. quaȝ
nondū ei indicabat. sed latens odium in cor-
de reseruabat. Quadam autem die cum sede-
ret agrippa in curru suo cum gaio leuatis ma
nibus in celū dicebat. Utinā viderē mortem
importuni senis. et te dominū totius orbis. q̇
idoneus es imperare vniuerso orbi. Hoc au
diuit quispiam. scȝ auriga ipsius agrippe. qui
post aliquot dies cū damno rerū agrippe au-
fugiens captus est ⁊ vinculatus. Et dum tra
heretur ad carcerem petijt duci ad imperato
rem dicens. quia in aure loqueretꝛ ei. qd̕ esset
ad eius vtilitatē. Et presentatus est impera-
tori. ⁊ dixit ei consulto. qꝛ sic optauerat agrip
pa mortē eius et dominiū gaij. Tiberius au-
tem nō multū curabat verba vinculatoꝝ. ⁊
detrusus est ille in carcerem. Et cū sepe insta-
ret agrippa vt iudicaretꝛ et occideretur. respō-
dit tiberius. Frater sufficit tibi ꝙ vinculatus
est. ⁊ ita differebat. Quia vt refert iosephꝰ. in
omnibus negocijs suis morosus erat. Vnd̄
cum statueret procuratores in prouincijs vix
aut nunqꝫ mutabat eos. Et cū sepius quesi-
tum esset ab eo. quare scilicet nō mutaret ꝓcu
ratores respōdit se in hoc parcere plebecule.
Scientes em̄ ꝓcuratores se ad modicū ha-
bere ꝓcurationem emungunt vsqꝫ ad sangui
nem. ⁊ tanto dominantur grauius quāto bre
uius. ⁊ qui recentes superueniunt dissipant
quicquid inueniunt. Quod ostendit eis exē-
plo cuiusdam vulnerati. qui cū iaceret in via
⁊ nō amoueret multitudinem muscarū a vul-
nere suꝑueniens alter putauit: ꝙ hoc obmit-
teret ex imbecillitate. ⁊ abegit muscas q̄ ope-
ruerant vulnꝰ. Ad quē ille. Male fecisti mi-
hi. qꝛ musce q̄s amouisti iā plene erāt sangui
ne ⁊ parciꝰ molestabāt me. q̄ aūt recētes super
uenient acrius pungēt me. Sic ⁊ procurato-
res vel officiales recēter substituti acrius de-

seuiūt in subditos.

In quo herodes offendit tiberium.
Capl'm.LXI.

Cum quadã die
more solito incitaret agrippa tiberi
um vt traheretur auriga ei⁹ de car-
cere.respondit tiberius.idipsum ei nõ expedi
re.cum in presentia ipsius vellet eum vincula
tus accusare.Et cum in nullo sibi conscius es
set agrippa.testat⁹ est se velle vt extraheretur
et accusaret eum.Eductus ille de carcere ar-
guit eum de crimine lese maiestatis. quia ora
uerat mortem imperatoris.Tunc ait tiberi⁹
carcerario.Liga hunc Intellexit carcerarius
hoc preceptum esse de eo:qui eductus fuerat
et ligatum retrusit in carcerem.Quadam au-
tem die dum deambularet tiberi⁹ in ipodro-
mio.id est.in circo equorum.ꝛ teneret agrip-
pam per manum vocato carcerario dixit ei.
Liga hunc.Et miratus est ille ꝛ vniuersi ꝙ p̃
ciperet agrippam ligari.cum purpuratus in-
cederet.et quia erat de regio semine.Cum au
tem duceretur agrippa ad carcerem patieba-
tur sitim intolerabilem.quia splendide come
derat.ꝛ forte occurrit ei portitor aque.ꝛ de-
dit ei bibere.Et postq̃ refocillatus est promi
sit ei ꝙ in proximo remuneraret eum ĩ regno
gaij.confidens ꝙ in proximo gaius esset re-
gnaturus.ꝛ positus est in carcerem.Et dum
quadam die in carcere manens staret innix⁹
arbori cuius frondibus insidebat bubo.ac-
cessit ad eum vnus de concaptiuis.ꝛ locutus
est ei.Noli inquit estimare ꝙ adulando loq̃r
tibi.cum sis concaptiu⁹ meus.Uolo em̃ in-
dicare tibi quod indicauerunt mihi dij.Erat
autem peritus in augurijs Cito inquit libe-
raberis a carcere.ꝛ intantũ sublimaberis.vt
etiam inuideant tibi omnes amici tui ꝛ noti.
et in hac prosperitate morieris relinquẽs bo
na tua filijs tuis.Quã cito autem huius ge-
neris alitem vider; amplius super te:scito q;
quinta die morieris.

Quomodo liberatus est herodes
in morte tiberij.
Capl'm.LXII.

Cum autez esset
herodes in carcere:deferebat ei ho-
norem dominus carceris.sciẽs eũ
esse virum nobilem ꝛ familiarem gaij.ꝛ susti-
nebat tanq̃ ignorans multas cõmoditates
sibi fieri in carcere ab amicis suis.ꝛ fuit ĩ car-
cere per sex menses.Postea cuz esset tiberius
apđ campas cepit infirmari infirmitate qua
postea mortuus est.Et si in cronicis alibi le-
gatur mortuus.non est curandum vbi mortu
us sit.Uidens autem se moriturum:conuo-
catis nobilibus imperij sui et duobus nepo
tibus gaio ꝛ tiberio statuit vt in crastino sub
stitueret sibi successorem.Sed prius voluit
consulere mentem deorum.et orauit deos su-
os vt intimarent ei quem nepotum suorum
vellent ei substitui in imperio.Et statuit apđ
se vt illum qui prius veniret ad eum in crasti
no constitueret imperatorem.vt ita quasi per
sortem eligeret.ꝛ tamen significauit tiberio vt
prior veniret.Qui mãe noluit venire nisi prã
sus.Et cum mitteret tiberius nuncios ad ne
potes suos non inuenerunt nisi gaium.Et
venit gaius prior ad tiberium.Quem videns
tiberius fleuit amare:dolens quia alter non
venerat quem volebat substituere.quia tene
rius eum diligebat.sed dissimulabat.Et locu
tus est ad eum tyberius.Fili tu succedes mi-
hi in imperio quod potius đbebatur tiberio
quasi iure hereditario.tanq̃ filio filij.sed ego
video te vtilem imperio et noui mentes deo-
rum.Caue ergo ne molestes eum.sed semper
habeas eum tanq̃ fratrem.Satage vt nego
cia imperij sapienter disponas ꝛ exequias fu
neris mei imperiali honore perficias.Et con
uocatis nobilibus:denunciauit eum impe-
ratorem.et mortuus est.Et statim aliquantu
lum insonuit fama in ciuitate romana đ mor-
te tiberij.ꝛ venit quidam hebreus amic⁹ he-
rodis agrippe ad carcerem ꝛ hebraice dixit ei.
Mortuus est leo.Et cepit agrippa mirabi-
liter gratulari.adeo vt quereret ab eo domi-
nus carceris que esset causa tante exultatio-
nis.Et confessus est.quia ille significauerat
ei hebraice mortem tiberij.Et statim domin⁹
carceris liberauit eum.ꝛ statuit sibi collatera-
lem in mensa.In crastino insonuerũt alij ru-
mores.scilicet ꝙ tiberius conualuerat.ꝛ ter-
cia die romam venturus erat.Tũc arguit euz
dominus carceris quia deceperat euz.timẽs
ne in caput eius redundaret ꝙ liberauit eum.
et mirabiliter verberauit eũ ꝛ retrusit eum in
carcerem.Postea increpuerũt certi rumores
de morte tiberij ꝛ substitutione gaij.Et venit
gaius romam ꝛ sepeliuit tiberium honorifice



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di
Firenze.
Magl. C.5.9

et ipsa die voluit liberare agrippam. sed dis-
suasum est ei. ne videretur facta tiberij subi-
to in irritũ velle reuocare. Postea per aliquot
dies liberauit eum et sublimauit eum. ⁊ dedit
ei duas tetrarchias scilicet tetrarchiam phi-
lippi. qui erat tetrarcha ituree et traconitidis
regionis. et tetrarchiam lisanie qui erat tetrar-
cha abiline. ⁊ imposuit ei diadema. et subli-
matum in regem remisit in iudeam. et inuide
runt ei omnes propinqui eius. etiã soror eius
herodias. que miserata fuit infelici modo in-
uidit felici. precipue quia habebat nomen re
gis. quia vir suus erat maior natu filius ma-
gni herodis. ⁊ nunꝙ meruit rex appellari. sed
tetrarcha. Persuadebat itaꝗ viro suo de die
in diem vt iret romam. ⁊ satagaret omnibus
modis. vt sibi compararet nomen regis. At
ille malebat esse in ocio. quia opulentus erat
vnde sepe vxor exasperata dicebat. Pereant
opes tue. quia magis diligis opes ꝙ hono-
res. Tandem victus instantia vxoris iuit ad
gaium cum magno apparatu. et ipsa cum eo.
et inuenerunt gaium bais. Herodes autem
agrippa qui presenserat ꝙ non pro bono suo
issent. disposuit ire post eos. sed premisit nun
cium quendam familiarem suum et amicissi-
mum gaio. per quem direxit epistolam gaio
in qua continebatur. quia herodes tetrarcha
etiam viuente tiberio firmauerat amiciciam
cum rege parthorum. vt esset rebellis roma-
no imperio. et in argumentum huius rei si-
gnificauit ei. quia in ciuitatibꝰ suis habebat
arma que sufficerent septuaginta milibus ar
matorum.

Qꝫ gaius mandauit statuam suam
erigi in templo.

Caplm. LXIII.

**Unqꝫ venisset**
c herodes tetrarcha ⁊ herodias vxor
sua ad gaium et satꝫ honorifice ac-
cepisset eos. superuenit nuncius herodis a-
grippe. et porrexit epistolam gaio ex parte he
rodis agrippe. Perlecta epistola: gaius quasi
aliunde recipiens cepit inquirere de statu he-
rodis tetrarche. ⁊ inter cetera quesiuit ab eo.
vtrum in ciuitatibus suis tanta copia esset ar
morum. quantam ipse audierat. et non nega-
uit. Et tunc credẽs gaius verum esse quod si
gnificauerat ei herodes agrippa. relegauit eũ
in exilium. vxori autem sue quia erat soror he

rodis agrippe quem maxime diligebat. dedit
libertatem redeundi vt haberet terram suam.
Ipsa autem comitata est virum in exilium di
cens. quia non dimitteret euꝫ in aduersis. cui
cõmunicauerat in prosperis. et deportati sũt
in exilium lugdunum vbi postea miserabili-
ter mortui sunt. Et dedit gaius galileam quã
habuerat herodes tetrarcha herodi agrippe.
et ita habuit tres tetrarchias. Fuit auteꝫ gai-
us in initio imperij sui per bienniũ satis man
suetus. postea euanuit cor eius in elationem.
⁊ in tantam prorupit vesaniam. vt ab vniuer
sis hominibꝰ imperij sui vellet coli tanꝙ deꝰ
et dicebat se fratrem esse iouis. Unde etiaꝫ fi-
liam vnicam quam habuit ponebat inter ge-
nua iouis. vt ita quasi cõmunis vtriꝗ vide-
retur. postꝙ egressa fuerat de genibus iouis.
Misit ergo imaginem suã per vniuersum im
perium suum vt omnes adorarent eum. et sic
fecerunt omnes exceptis iudeis. Unde cum
in alexãdria ciuitate orta esset seditio inter iu-
deos et gentiles. et venisset vtraꝗ pars ante
gaium vt discuteretur controuersia. inter cete
ras allegationes quas habuerũt gentiles cõ
tra iudeos obiecerunt eis. quia deum suum
quem cõmuniter omnes gentiles receperant
ipsi inhonorabant. quia imaginem gaij nole
bant adorare. Et tunc primo sciuit gaius. ꝙa
iudei non adorabant imaginẽ suam. Signi
ficauit autem petronio presidi sirie. vt statuaꝫ
suam poneret in templo in hierusalem vt faci
lius reciperent eam in circumstantibus ciui-
tatibus. Qꝫ si forte iudei reclamarent. collectꝫ
romanis legionibus intraret iudeam. ⁊ nemi
ni parceret manus eius. Collecto ergo exer-
citu intrauit petronius iudeã. et venerunt ad
eum iudei de hierusalem cum amicis hero-
dis agrippe. qui erant ꝑcordiales gaio. et sup
plicauerũt ei. ne ad hoc eos artaret quia pri-
us permitterent se occidi. et parabant iugu-
los. et dicebant. quia nunꝙ amplius colerẽt
terram vt sic inedia affecti morerentur. Et re
spondit petronius: non de ꝯsilio suo hoc pro
cessisse sed non audebat resistere mãdato im-
peratoris. Uidẽs tamẽ ꝙ grauem iacturã in
curreret gaius si amitteret tributa totius iu-
dee. promisit quia opponeret se gaio pro eis:
et misit epistolam suam gaio per viros hono
ratos vt desisteret ab hoc mandato. Qui cuꝫ
venissent ad gaium non ausi sunt presentare
se conspectui eius. sed accesserunt ad herodẽ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

agripam vt subueniret iudeis. quia vna de tetrarchijs suis scz galilea in iudea erat
De morte gaij imperatoris.
Capitulum. LXIIII.

Tunc herodes inuitauit gaiū in crastino vt comederet cum eo. Et cum in crastino esset in cōuiuio: ammiratus est delitias cōuiuij. Et cepit memorari gaius quāta fuerat passus pro eo herodes. scz vincula tyberij: et alia multa. et pcepit ei vt peteret quicquid vellet. At ille respondit ei sufficere sibi gratiam suam. Et cum ille instaret vt aliqd peteret: petijt ne poneret statuā suam in templo in hierusalē. Et iratus est gaius: tamen cōsiderauit animositatē agrippe. quia noluerat petere opes vel honores: acquieuit ei. et scripsit petronio ī hūc modū. Si nondū posita est statua in templo nō est necesse vt ponatur. Et sic non est posita eius statua in tēplo. Postea resipiscens gaius rescripsit petronio in hunc modū. Quia cōtempsisti mandatuz imperatoris: et potius dilexisti munera iudeorum. elige tibi genus mortis quod vis vt discant omnes nō esse tutum obuiare mandato imperatoris. Sed deo procurante ita factum est vt prius audiret famā mortis eius q̄ videret nūcios huius legationis. Cum eñ esset rome et rediret a ludis circensibus. consilio senatorum interfectus est a duobus. et orta est in ciuitate dissensio inter curiam et milites et populū. Curia dicebant senatores et viri cōsulares. id est qui de genere cōsulum: vel digni vt fierēt cōsules. Quia q̄ viderāt senatores seuiciā īpatoris et incōmoda q̄ inde cōtigerant reipublice. voluerunt penitus extirpare imperiū imperatoris ab vrbe. et voluerunt eam redigere ad antiquum statū: in quo erat ante iulium cesarem vt esset regimē ciuitatis in arbitrio cōsulum et senatorum. Ecōtra milites et populus timentes auariciam senatorū. et amātes donatiua imperatorū: cōstituerūt imperatorē claudiū auunculum gaij virū mansuetū et pium.
De eodem. Capitulum. LXV.

Tunc venit herodes agrippa ad senatores ducēs secum de nobilioribus q̄ erant in curia: simulans se fauere parti eorū: cum haberet eos exosos prōpter mortem gaij. Consuluit ergo eis vt significarēt claudio ne moueret scisma in ciuitate. sed desisteret ab hoc incepto. Et senatores rogauerūt herodē vt pergeret cum eis ad claudium. Et pfessus est se libēter fungi hac legatione. Et missus est ad claudium cum alijs. Et eis audientibus dixit ei quod dixerat coram senatoribus: q̄ vellet claudius desistere ab incepto. In aure autem dixit claudio vt nō desisteret ab incepto. quia ipse satageret vt maior pars nobiliuz faueret parti eius. Et renunciauit senatoribus q̄ nollet claudius desistere ab incepto: et cepit eis psuadere ne cōtrairent. quia non possent impedire. Et allexit quosdam: et tandez omnes. et ita sine cōtradictione factus ē claudius imperator. Et ad persuasionē herodis agrippe omnes occisi sunt qui cōsenserant in mortem Gaij. Et petijt ab eo herodes agrippa vt decretum Gaij de statua sua adoranda reuocaret in irritum: quia impium erat. Et acquieuit ei et precepit ei vt epistole reuocationis per singulas ciuitates iudee ponerentur in loco eminenti vt viderentur ab omnibus.
Quomodo occiso iacobo voluit apprehēdere petrum.
Capitulum. LXVI.

Postea voluit herodes accipere licentiā a claudio et redire ad prōpria. et tunc claudius dedit ei quartam tetrarchiam. scz iudeam. et ita sublimatus redijt ad propria. Et venit primo in iudeā: et honorifice susceptus est a iudeis. quia in multis iuuerat eos. Et cum prōpe essent dies azymorū: venit in hierusalem ante diem festum vt purificaret: et mundus interesset diei festo. Et ante dies azymorū occidit iacobū fratrem iohannis. postea in diebus azymorum videns quia placeret iudeis apposuit vt apprehenderet et petrum. De iacobo autem refert clemens alexandrinus. q̄ cum detrusus esset in carcerem. nocte cōuertit ad fidem custodem suum. et in crastino cōfessus est se esse christianū. Et cum ambo traherent ad martyriū: dixit iacobo. Pater da mihi remissionē. At ille parum deliberās ait Pax tibi. Et osculatus est eum et simul ambo capite truncati sunt. Petrum autē apprehensū misit herodes in carcerē. quia in diebus



196

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

azymorū non licebat aliquē occidere: et p̄ter custodes carceris tradidit eum custodiendū quattuor quaternionibus militum. volens post pasca producere eum populo vt ipe populus occideret eum. nō ipe herodes vt iacobū. quia magis videbatur eis gloriosum si ipi occiderēt eum: quia erat princeps apostolorum.

Quomodo liberatus est petrus de manu herodis.

Capitulum. LXVII.

# Cum autem in

crastino producturus eum esset herodes populo. ipa nocte erat petrus dormiēs inter duos milites vinctus catenis duabus que adhuc rome esse dicuntur. et custodes iacentes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini astitit et lumen refulsit in habitaculo carceris. et miraculose factum est vt solus petrus videret lumen. percussoq̧ latere petri excitauit eum dicens. Surge velociter. Et statim ceciderunt catene due de manibus eius: que adhuc rome esse perhibentur. Et dixit angelus ad eum. Precingere et calcia te caligis tuis. Deposuerat enim cingulum ꝓpter molestiam carceris: vt tunica circa pedes demissa temperaret frigus noctis. In quo datum est exemplum sanctis viris. ꝙ in angustijs licet aliquid relaxare de rigore ordinis. Legimus enim apostolos et ꝓphetas duris cingulis vsos ꝓpter afflictionē carnis: et petruz ad tempus deposuisse cingulū pro molestia carceris. Et fecit petrus iuxta mandatum angeli. et addidit angelus. Circunda tibi vestimentum tuū et sequere me. Et exiens sequebatur eum: et nesciebat. quia veruz est quod fiebat per angelum. id est nō putabat hoc in rei veritate fieri: sed imaginaria visione ostendi. Unde sequitur. Existimabat se visum videre: et hoc sibi ostensum imaginaria visione Traseuntes autem primā custodiam. id est custodes carceris custodie deputatos. et secundam. id ē duos quaterniones. Vel primam custodiā. id ē primū quaternionē cum suis. venerūt ad portā ferream que ducit ad ciuitatez: que putatur fuisse in atrio carceris. Carcer enim habebat atrium: et erat in exteriori parte ciuitatis siue extra ciuitatē. et vltro aperta est eis. Et exeuntes ꝓcesserunt in vicum vnum. et continuo discessit angelꝰ ab eo vt sciret se in rei veritate de carcere eductū qui putabat sibi hoc imaginarie ostensum. Et tunc ad se reuersus. id est ad mentē suam: quia fuerat in maximo stupore: dixit. Nunc scio vere quia misit dominus angelū suum: et eripuit me de manu herodis ⁊ de omni expectatione plebis iudeorum. Et cōsiderans vbi esset venit ad domū marie matris iohānis qui cognominabat marcus nō euangelista: vbi erant multi cōgregati causa orationis vt orarent pro petro. Et cū pulsaret petrus ad ianuam: egressa est puella ad videndum nomine rode. Et vt cognouit vocē petri p̄ gaudio nō aperuit ianuam: sed recurrēs nunciauit petrum stare ad ianuam. Et dixerunt illam insanire scientes petrum incarceratum esse. Illa autē affirmabat rem se sic habere. Alij aūt ex eis dicebāt. angelꝰ petri est. Super quem locū dicit hieronymꝰ tantā dignitatem esse animarū vt vnaqueq̧ ab ortu natiuitatis sue habeat angelū sibi in custodiam deputatū. Petrus aūt perseueranter pulsabat. Et cum aperuissent: viderūt eum ⁊ obstupuerunt. Et innuit eis manu vt tacerent: vt sub silentio miraculū viderēt vel audirēt. Vel forte ideo. ne clamore gaudentiū aduētus eius in ciuitate ꝓpalaretur. Et narrauit quomodo eduxit eum dn̄s de carcere: ⁊ ait. Nunciate hoc iacobo et fratribꝰ. scʒ iacobo alphei episcopo hierosolymoꝝ. quia alter iā fuerat decollatus ab herode. Et egressus eadem illa nocte abijt in alium locū timore herodis et iudeorū.

De morte herodis.

Capitulum. LXVIII.

# Crastina autez

die post eductionē petri de carcere: erat non parua ꝑturbatio inter milites ⁊ custodes quidnā esset factuz de petro. Unde apparet: quia clausum reliquerat carcerem. alioquin nō esset ambiguū euz euasisse. Herodes autē cum requisisset eum et nō inuenisset: diligenter inquirens de custodibus. vtrū nossent quidnam factuz esset de eo: iussit eos adduci ad se vt vindicaret in eos. nō tamē vindicauit domino ꝓcurante: vt solutio petri nulli noceret. Imminēte em̄ negocio: herodes descendit a iudea in cesaream palestine ꝓpinquam tyro ⁊ sydoni: vt no

197

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

ceret tyrijs et sydonijs quibus iratus erat. Quod audientes tyrij et sydonij: venerūt ad blastum qui erat cubicularius herodis et custos thesaurorū eius. quia erat amicus eorū et patronus. et eo interprete recōciliati sunt herodi. Nō enim poterant sustinere inimicicias regis tam vicini. Sequenti autem die herodes vestitus veste regali sedebat pro tribunali apud eos: et cōcionabat ad eos blandiens eis. Populus autem acclamabat dei voces et nō hominis. id est exhibebāt ei laudes deo debitas et nō homini. Et dum adulatorijs fauoribus demulceret. et oblatos sibi diuinos honores nō respueret: respiciēs supra se vidit imminentē et insistentē capiti suo in funiculo angelū. i. bubonē mortis eius prime nunciū. et tūc vt tradit iosephus inclinauit se ad eos qui sibi applaudebant: et dixit eis. En ego deus vester morior. Sciebat enim iuxta quod dixerat ei augur. cum traheretur ad carcerem: se infra quinque dies post visionem bubonis moriturū. Et cōfestim vt habetur in historia percussit eum angelus domini. id est facta est super eum vindicta dei. quia per quinque dies ventris dolore cruciatus est. et corrodebant vermes viscera eius. et ita paulatim cōsumptus a vermibus expirauit.

De agrippa. Capitulum. LXIX.

Eliquit autem filium qui dictus est agrippa nō cognominatus herodes: qui adhuc rome erat. nec habuit totū regnum patris. scilicet partem. Habuit autem terram duarū tribuū et dimidie vltra iordanē. Unde legitur quia fideles in iudea imminente euersione hierusalem ad ammonitionē angeli secesserunt in regnū agrippe istius. scilicet filij herodis agrippe.

Reditus historie ad ordinem suum. Capitulum. LXX.

Et nunc redit historia ad ordinē suū. et continuatur ei quod supra dictū est. collectam factam a fidelibus antiochie missam pauperibus in hierusalē per barnabā et saulū. Quod enim interfertum est de herode. de morte iacobi. de incarceratione et liberatione petri. quasi incidēs fuit. Prosequitur ergo de reditu barnabe et sauli a hierosolymis historia in hunc modum. Uerbū dñi crescebat et multiplicabatur. Barnabas autē et saulus reuersi sunt ab hierosolymis assumpto secū iohanne qui cognominabatur marcus post expletū ministerium. Erāt aūt in ecclesia que erat antiochie preter eos qui venerāt ab hierosolymis prophete et doctores. inter quos erat symon qui vocabatur niger. et lucius cirenēsis. et manahen qui erat herodis tetrarche collectaneus. id est eodē cū illo lacte nutritus. Et possunt idem accipi prophete et doctores. Uel potest ita distingui. Prophete de futuris. et doctores de preteritis. Et vide quia iste symon dictus est de colore niger si sit latinum vocabulū. vel si est hebreū dictus est niger: quasi ascendens de virtute ad virtutē. Niger est hebreū: et interpretatur ascendens. Ministrantibus aūt illis domino et ieiunantibus: dixit eis spiritussanctus. Segregate mihi barnabam et paulū in opus ad quod assumpsi eos. Qui audito cōsilio spiritussancti remiserunt saulum et barnabam in hierusalē ad petrum et iacobū et iohannem qui erant ibi. Qui gauisi sunt audito mandato dñi vel spiritussancti. et ieiunantes et orantes imposuerūt eis manus in modū ordinandorum. Utrū aūt preter impositionem manuū aliam ordinis solennitatē circa eos celebrauerunt incertū est. Nec de ordinatione apostolorū aliquid legitur. vel quod dominus eis imposuerit manus. De petro tamē certū habetur quod antiochie missam celebrauerit. Sed potuit apostolis pro ordinatione sufficere: quod dictū est eis a dño. Hoc facite in meam cōmemorationem. Et licet non interfuerit barnabas et paulus. tamē quia postea electi sunt ad apostolatū consilio spiritussancti: forsan in hoc cū alijs fuerūt priuilegiati. nec alia solennitas ordinationis circa eos celebrata est. Multi in primitiua ecclesia sine hac solēnitate ordinatōis ad sacerdotium promoti sūt. et multi laici sine diaconio et precedētibus ordinibus sacerdotes facti sūt. Et imponentes eis manus dimiserūt eos. Et ipsi quidem missi a spūsancto eodē duce itineris qui separauerat eos a ceteris abierūt seleuciā. et inde nauigauerunt ciprū. Et cum venissent salaminam predicabāt verbū dei in synagogis iudeorum. propter reuerentiam siue duriciam eorum. et habebant secum in ministerio predicationis iohannem qui cognominabatur marcus.



197

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

Q[ue] paulus et barnabas cõuerterunt ser-
gium proconsulem.
Capitulum. LXXI.

**T cũ perambu**
(c) lassent vniuersam insulam ciprum
scz vsq3 paphum: inuenerũt quen
dam virum magnũ pseudo ꝓphetam iudeũ:
cui nomẽ erat barien. qui erat cũ sergio pau-
lo viro prudente qui erat homo magne di-
gnitatis. Erat enim ꝓconsul. id ẽ secũdus a
cõsule. Hic accersitis barnaba et paulo desi
derabat audire verbum dei: tamen resistebat
eis elimas magus. Et vide quia alterum est
interpretatio alterius. Elimas enim interp̃-
tatur magus. et sic nomen cõmune malefico
rum appropriatũ est isti. Saulus autem qui
et paulus repletus spiritusancto intuens eũ
dixit. O plene omni dolo et omni fallacia. fi
li diaboli. inimice omnis iusticie. nõ desinis
subuertere vias domini rectas. Nota q̃ di-
ctum est saulus qui et paulus. Tradũt enim
sancti q̃ a sergio paulo ad fidem cõuerso di-
ctus est paulus. Unde hic primo fit mentio
de nomine paulus. Solus origenes dicit.
quia semper fuerit binomius dictus, scz sau-
lus et paulus. Uel in apostolatus acceptio
ne primo sortitus est hoc nomen. vt qui pri-
mo a saule ꝑsecutore dicebat̃ saul⁹. de supbo
fact⁹ humilis. pro saulo dictus est paulus. q̃
si modicus et humilis. Unde quasi nomen
suum interpretando: dicit se minimũ aposto
lorum. Uidetur autem. xiij. anno a passione
domini ꝓmotus ad apostolatũ cum barna-
ba. et sortitus pauli vocabulum. et. xiiij. pro-
fectus est ad magisteriũ gentiũ. Cui satis ec-
clesiastica historia cõcordat. vbi legitur p̃ce-
ptum apostolis esse: vt post passionẽ ꝑ duo-
decim annos p̃dicarent in iudea. Tertio au-
tem decimo anno ceperũt paulatim transire
ad gentes. nondum tñ ex toto postea omni-
no exierunt de finib⁹ iudee: et nũc inquit Ec-
ce manus domini super te. id est vindicta dei
exercebitur in te. Eris enim cecus lumine ca
pitis: sicut cecus es lumine mentis. non vi-
dens ad tempus solem materialem. quia nõ
vides solem iusticie per fidem. Et confestim
cecidit in eum caligo et tenebre. et cecutiens.
id est in modum ceci in circumitu se vertens
querebat qui manum ei daret vt duceret eũ.
Et statim proconsul viso miraculo credidit
ammirãs sup doctrina dñi.

De discessu iohannis ab eis.
Capitulum. LXXII.

**Um autez a pa**
(c) pho nauigasset paulus et barna-
bas cum eo venerũt pergen ciui-
tatem pamphilie. et tunc iohannes discedẽs
ab eis: reuersus est hierosolymã vnde vene-
rat cum eis. Et forte reprehensibilis fuit cau
sa quare discessit ab eis. et hec fuit causa disci
dij inter paulum ⁊ barnabam: de q̃ habebis
inferius. Paulus vero et barnabas venerũt
antiochiam persidie: quod additũ est ad dif-
ferentiam alterius antiochie. que dicitur an-
tiochia syrie. que olim dicebat̃ reblata: quaz
nos adhuc vocamus antiochiã. Et ingressi
synagogam die sabbati sederũt quasi auditu
ri legem: nõ predicaturi. Post lectionẽ autez
legis ⁊ ꝓphetarum dixerunt ad eos p̃ncipes
synagoge. Uiri frartes: si q̃s est in vobis ser-
mo exhortationis dicite.

De predicatione pauli et barnabe in syna
goga Capitulum. LXXIII.

**Urgens autem**
(s) paulus et manu silentiũ indicens.
aggressus est facere grandẽ sermo-
nem inchoans ab altiori. Uiri inq̃t israelite:
et q̃ timetis deũ de gentib⁹ audite. Deus ple
bis israel patres nr̃os elegit et exaltauit ple-
bem cum essent incole in egypto. seruiẽtes in
luto ⁊ latere: de qua eduxit eos in manu for
ti. Et quadraginta annis sustinuit mores eo
rum in deserto. postea introducẽs eos in ter-
ram ꝓmissam. destruens septẽ gentes q̃ habi
tabãt in terra: sorte distribuit eis terrã. quasi
post quadringentos quinquaginta annos.
Et intelligendũ est a natiuitate isaac vsq3 ad
exitũ israel de egypto fluxerũt anni quadrin
genti quinq3. Postea cõpletis. xl. annis in de
serto vsq3 in terram chanaan diuisa est terra
A natiuitate ḡ isaac vsq3 ad diuisionez terre
fluxerũt q̃dringenti. l. anni. Et post q̃dringẽ
tos. l. annos dedit dñs iudices populo suo.
et extunc fuit popul⁹ dei sub iudicib⁹ vsq3 ad
tp̃s samuelis. ⁊ exinde postulauerũt regem:
⁊ dedit eis saul. q̃ regnauit sup eos. xl. annis.
cõputatis simul annis samuelis. Sic ei ha-
betur in cronicis hebreoꝝ. Et eo sublato de

medio, suscitauit eis dauid regē. cui testimonium perhibens ait. Inueni virū ſm cor meum. ex cuius semine suscitauit deus iesum saluatorem israel. cuius aduentus fuit preco iohannis.

Adhuc de eodem.

Capl'm. LXXIIII.

# Viri inquit frēs

filij generis abraā. et qui inter vos de gentibus sunt timentes deum. vobis specialiter verbum salutis huius missum est. Qui enim habitant in hierusalem et principes eius hūc ignorantes esse iesū. ignorantes etiam voces prophetarum que ꝑ omne sabbatum leguntur. adiudicantes eū mortiseas impleuerunt nescientes. Deus ꝟo suscitauit eum tertia die a mortuis. ⁊ visus est per xl. dies his qui simul ascenderunt cum eo de galilea in hierusalem. qui vsqꝫ nūc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annunciam⁹ eam que ad patres nostros repromissio facta est. quoniam hanc deus adimpleuit filijs vestris resuscitans iesum. Notum igitur sit vobis viri fratres. quia per hūc vobis remissio peccatorum annunciatur. ab omnibus scilicꝫ peccatis. a quibꝰ non potuistis in lege moysi iustificari. Qui credit in hunc iustificatur. Videte ergo ne sitis contemptores ne veniat super vos vindicta dei. que cōminatur contemptoribus in hunc modum. Videte contemptores ⁊ admiramini. ⁊ disperdimini. id est. videntes admirabimini et disperdimini. quia opus operor in diebus vestris. qđ non creditis. id est quia non creditis operi quod operabor in diebꝰ vestris. id est. incarnatiōi.

Quare transierunt ad gentes.

Capl'm. LXXV.

# Exeuntibus autē

illis rogabant. vt sequenti sabbato loqueretur adhuc in synagoga. Et cum egrederentur de synagoga multi iudeorum et aduenarum. id est. gentiliū vel iudeorum dispersione venientiū secuti sunt paulum et barnabam. Sequenti vero sabbato pene vniuersa ciuitas conuenit vt audiret verbum dei. Quod videntes iudei repleti sunt zelo inuidie. quo cōmoti ceperunt contradicere his que dicebantur a paulo blasphemātes. Blasphemus enim est qui ex inuidia obloquitur veritati. Tunc repleti zelo dei paul⁹ et barnabas ꝯstanter dixerunt. Vobis oportebat primum loqui verbuꝫ dei. iuxta verbū domi. dicentis. Nō sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. Sed quia repellitis illud et indignos vos facitis. ecce conuertimur ad gentes. Et nota. cum hoc legatur hic dictū a paulo ⁊ barnaba in antiochia persidie que non in iudea est sed in grecia. in plerisqꝫ locis legitur dictum ab apostolis in iudea scilicet cum vellent transire ad gentes postqꝫ per. xij. annos predicatum est in iudea. Ecce non moueat te. quia potuit vtrobiqꝫ dici. Sic enim precepit nobis deus. posui te in lucem gentium vt sis eis in salutē vsqꝫ ad extremū terre. Et sūt in esaia verba patris ad filium. Ac si diceret pater filio. Misi te vt post tenebras infidelitatꝫ vsqꝫ ad termīos terre gētibus disseminares lucē veritatis. Sed cum specialiter dictū sit christo. non est ꝯtrariū qꝛ hic legit̃ dictū paulo. quia tanto est vnio capitis ⁊ membrorū vt quod dictum est capiti membra dictū reputent sibi. sicut caput christus persecutionē membrorū reputat inflictā sibi dicens. Saule saule quid me persequer̃s. id est. in membris meis.

De recepta predicatione a gentibus.

Capl'm. LXXVI.

# Audientes autē

gentes mentionē de salute sua gauise sunt. et glorificabant deū. et crediderunt ex eis multi. Iudei tamen zelo et liuore inuidie succensi concitabant mulieres religiosas et primarios ciuitatis. et excitabant persecutionem in paulum ⁊ barnabam. ⁊ eiecerunt eos de finibus suis At illi excusso puluere pedum. iuxta quod preceperat domin⁹ in testimonium illis: venerunt iconiū. Et ingressi ciuitatem locuti sunt in synagoga. ⁊ credidit copiosa multitudo iudeorum et grecorum. Et demorati sunt ibi multo tempore fiducialiter predicantes. domino predicationem eorum miraculis confirmante. Nonnulli tamen de iudeis ī incredulitate pertinaces suscitauerunt et ad iracundiam concitauerūt animos gentium aduersus credentes. Et diuisa est ciuitas. quibusdā fauentibus iudeis. alijs fauētibꝰ apl'is. Et cū fact⁹ esset impetus gētiliū ⁊ iudeoꝝ cū ꝓncipibꝰ suis vt cōtume-

198

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

liis afficerent apostolos ⁊ lapidarēt. id est lapidib⁹ fugarent eos. confugerunt ad ciuitatē licaonie. scilicet listram et derben. Et cum hic dictum sit venerunt listram. iuxta consequentiam sermonis in sequenti vbi dicitur. erat q̇dam infirmus listris. potius dicendum fuit listre. Sed potest nomen ciuitatis multiplicem habere declinationem. vt dicatur listra listre. vel listre listrarum. vel listris indeclinabile. Unde sequitur. Et erat quidam vir listris. quod greco consonat vbi habetur. paulus ⁊ barnabas morabantur in listris. Erat autē vir iste infirmus pedib⁹ claudus ex vtero matris sue ⁊ sedebat. quia nec ambulare nec stare poterat. nec vnq̄ꝫ ambulauerat. Hic audiuit paulū loquentē. Quē intuitus paulus et videns spiritusancto reuelante quia haberet fidē vt saluus fieret. scilicet tantam que ad salutē sufficeret. Uel videns quia se saluādū crederet. dixit magna voce. In nomine domini nostri iesu christi surge ⁊ sta sup pedes tuos rectus. Et statim exiliit ⁊ ambulabat Turbe autē cū viderent quod fecerat paul⁹ putabant ipm ⁊ sociū suum barnabā deos esse. et in forma humana eis apparuisse. ⁊ leuauerūt vocē dicentes. Dii similes facti hominib⁹ descenderunt ad nos. ⁊ vocabāt barnabā iouē. quia prior esse videbat̄. paulū vero mercuriū qui semp iuxta coꝝ opinionē iouē comitabatur. qui eloquens ⁊ litteratus fuisse tradit̄. et facundiā hominib⁹ prestare putabat̄. Unde mercurius quasi medius currēs inter aures ⁊ linguas a latinis dicit̄. a grecis vero hermes. id est interpres dicit̄. Sacerdos quoqꝫ iouis q̇ erat in ciuitate voluit sacrificare barnabe ⁊ ioui. afferēs thauros ad imolamdū ⁊ coronas. Uel ad ornandā faciem templi iuxta ritum gentilium. vel vt capitib⁹ eorum imponerēt ad ornatum. aut pro aliqua alia causa vel religione nobis ignota. Ut autē audierūt paulus et barnabas. q diuinos honores vellent eis exhibere. sciderunt vestimenta sua quod semper faciebant iudei audita blasphemia in deum. et prohibuerunt sibi talia exhiberi. dicentes se esse homines mortales. qui potius venerant vt eos reuocarēt ad idolatria. ⁊ vix sedauerunt turbas ne sibi imolarent.

De persecutione quam passi sunt.

Caplm. LXXVII.

DEmorātibus autem eis ⁊ docentib⁹ in listra superuenerūt ab iconio ⁊ antiochia iudei. et concitatis turbis in psecutionē pauli lapidabant eum. ⁊ eiecerunt eum quasi vile cadauer. estimantes eū esse mortuū. De qua lapidatione ad corinthios loquens ait. Semel lapidatus sum. postea discipuli eius circundederunt illū assistentes ei. ⁊ respirauit. ⁊ nescientibus iudeis reportauerūt eum in ciuitatem ⁊ cōualuit. Et postera die pfectus est cū barnaba in derben. ⁊ predicauit ibi sicut fecerat in listra. Postea redierūt per easdem ciuitates per quas illo venerant ꝯfirmantes fratres in fide. ⁊ constituentes in magnis ciuitatibus presbyteros. id est. episcopos. q2 eo tēpore eodem nomine censebant̄ episcopi ⁊ p̄sbyteri. Et proinde ꝯstituebant p se epos. qa erant migraturi ⁊ incerti vtrū ad eos eēnt amplius reuersuri. Et cū redeuntes transirent listram et iconiū. venerunt ad antiochiā persidie. Et transeūtes psidiam venerunt in pamphiliam regionē in qua est ciuitas pergen. in qua locuti verbū dei descenderūt in italiā ciuitatē. ⁊ inde nauigauerunt antiochiaꝫ vnde prius exierant: segregati a spiritusancto ad p̄dicationē euangelii.

De questione circumcisionis determinata. Caplm. LXXVIII.

CUnqꝫ venissent antiochiā ⁊ ꝯgregassent fideles anthiocenos reuelauerūt eis quāta fecerat deus p eos in gentib⁹. ⁊ morati sunt ibi nō modico tpe cū discipulis Et dū ibi morā facerēt. descenderūt quidā ð iudea christiani. adhuc tamē iudaizātes. ⁊ fuerūt de secta phariseorum. Facta est ergo non minima seditio inter eos ⁊ paulum ⁊ barnabā. quia predicabant fidem absqꝫ legalib⁹ ad salutē nō sufficere. Et consentiebant eis multi veteri cōsuetudine imbuti. Et statuerūt vt pro hac lite dirimēda ascenderent in hierusalem ad maiores apostolos. scilicet ad petrum, ⁊ iacobum episcopum hierosolimorū. Et ascendit paul⁹ cū barnaba assūpto ⁊ tito. sicut ipse refert in epistola ad galathas. Et qui descenderant ð iudea. ascenderunt contra eos quidam scilicꝫ ð heresi phariseorum ad fidem conuersi. Qui cum venissent hierosolimā et essent in presen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

tla apostoloꝝ petri et iacobi ⁊ seniorum. surrexerunt cõtra paulum ⁊ barnabam dicẽtes. Oportet circũcidi fideles. ⁊ seruare legẽ moysi. Et audita vtriusqꝫ partis sententia cõuenerũt apl'i ⁊ seniores vt diiudicarẽt sup h. ⁊ post multã disceptationẽ ⁊ inquisitionẽ factã inter apostolos ⁊ seniores surgens petrus rationabiliter ostendit nõ esse imponendũ fidelibus iugum legis. quia ipse cõsilio dei baptizauerat corneliũ. ⁊ gentibꝫ ꝑdicauerat verbũ euangelij. et deus predicationẽ eius cõfirmauerat fide mundans corda eorũ. ⁊ antequam baptizarenꝫ visibiliter mittens super eos spiritumsanctum. nec indicẽs eis obseruantiam legalium. Quid igitur inquit nũc tẽptatꝫ imponere iugũ super ceruices discipuloꝝ. qd neqꝫ nos neqꝫ patres nostri portare potuimꝰ. Et statim ceperunt paulus ⁊ barnabas narrare q̃nta signa et ꝓdigia deus fecerat in gentibus per eos. Et tacebat multitudo audiẽs eos.

De sermone iacobi fratris domini.

Capl'm. LXXIX.

Et facto silentio locutus est iacobus adherens verbo petri. Uiri inquit fratres audite me. Simon narrauit queadmodũ deus primum visitauit gentes vocans eas ad fidem. et testimonia prophetarum. Et inductis testimonijs diuersorum prophetarum. auctoritate pontificali protulit diffinitiuam sententiam dicens. Propter quod ego iudico nõ inquietari eos qui ex gentibus conuertunꝫ ad deum sed consulo vt dirigamus ad eos epistolam vt abstineant se ab idolatria ⁊ fornicatione ⁊ suffocato ⁊ sanguine. Idolatria siquidem ex gentibus maxime pullulauerat. fornicatio quasi naturale quoddam ⁊ nullius reatus reputabatur inter gentes. Ideo specialiter decreuerunt apostoli prohiberi ista gentibus. Erant etiam proni ad effundendum sanguinem. Consueuerunt etiam bibere sanguinem imolatũ dijs suis. Ideo specialiter prohibiti sunt a sanguine effundendo et bibẽdo. Quare autem ad litterã prohibuerĩt eis animal suffocatum. nõ est satꝫ perspicuũ. Et placuit hoc consilium iacobi apostolis ⁊ senioribus. Et cõmuni consensu elegerunt viros. ꝑ quos mitterent epistolã cũ paulo ⁊ barnaba iudam scilicet ⁊ silam. ⁊ premissa est salutatio in hunc modũ.

De epistola missa conuersis ex gentibus.

Capl'm. LXXX.

Apostoli et seniores fratres fratribꝫ ex gentibꝫ cõuersis salutẽ. Fuit aũt post salutationẽ hic textꝰ epl'e. Auditũ est quia quidã descendentes a iudea turbauerũt vos euertentes animas vestras. volẽtes vestris imponere ceruicibꝫ iugũ legis. Ideo de cõmuni consensu decreuimus eligere viros ⁊ mittere ad vos cũ carissimis viris nostris paulo ⁊ barnaba Uisum est em̃ spiritussancto ⁊ nobis. vltra nihil vobis ĩponere oneris. q̃ꝫ vt abstineatis ab ĩmolatis simulacroꝝ a sanguine ⁊ suffocato ⁊ fornicatione: a quibꝫ abstinẽtes bene agetis. Ualete.

Quomodo consolati sunt conuersos ex gentibus.

Capl'm. LXXXI.

Descenderũt igitur paulꝰ ⁊ barnabas in antiochiã ⁊ duo illi missi sũt cũ eis. Cũqꝫ descẽdissent ꝯgregata multitudine tradidit eis epistolã. Et audita ꝯsolatiõe de iugo legꝫ nõ imponẽdo sibi. gauisi sunt fratres de gentibꝫ Judas aũt ⁊ silas cũ essent ꝓphete ꝯsolati sũt eos. ⁊ multũ ꝯfortauerũt in fide. Nõ est autẽ hoc ꝑtereundũ. quia d̾ prefato ascensu suo in hierusalem ꝓ dirimenda lite pretaxata scribit apostolus ad galathas in hunc modũ. Deinde post annos. xiiij. a ꝯuersione mea ascendi hierosolimã. cuꝫ barnaba assumpto ⁊ tito: et contuli cũ eis euangeliũ quod ꝑdico in gentibus. Ex quo annoꝝ numero colligiꝫ. qꝫ eodem anno quo paulus ascendit hierosolimã scꝫ. xiiij. a cõuersione sua. petrus ascendit romam. ⁊ eodem anno sedit in cathedra episcopali. in qua sedit. xv. annis. Quattuordecim ꝯo. ⁊ xxv. xxxix. reddũt. Uicesimo aũt quinto anno a ꝓmotiõe beati petri in sedẽ romanam. scꝫ vltimo anno neronis. passi sũt petrꝰ et paulus. et sic. xxxix. anno a cõuersione pauli. Unde colligitur paulum ad fidem conuersum eodem anno quo dominus passus est. cum constet petrum et paulum. xxxviij. anno a passione domini. qui fuit vltimus ne-

ronis passos esse martyriū. Si autē legatur aliqñ paulus ꝯuersus ad fidem scđo anno a passione domini, intelligenduꝫ est scđo anno emergente, non tamen eodem vsuali sicut alibi determinatū est. Quartodecimo ergo anno a passione domini, scꝫ quarto anno claudij, ascendit petrus romam. ⁊ sedit in cathedra episcopali decem annis sub claudio, qui regnauit .xiiij. annis. ⁊ nero post eum totideꝫ annis.

Determinat quando sedit antiochie ⁊ quando rome.

Capl'm. LXXXII.

Potest autē queri quo tēpore sederit petrus in sede anthiocena. Cōstat eñ ꝙ sedit antiochie .vij. annis in sede episcopali. qđ necessario de .vij. illorum ⁊ .xiiij. oportet intelligi. qui a passione dñi fluxerūt vsqꝫ ad eius ꝓmotionē in sedem romanā. Post .vij. autē annos quibꝰ sedit in sede anthiocena. consilio domini de hierusalē ascendit romaꝫ. sed in ascensu transijt per antiochiam. vt confirmaret subditos suos in fide. Et vt habetur in cronicis substituit eudochium in sede anthiocena. Et in hoc transitu per antiochiam redargutꝰ est a paulo, quia comedens cū quibusdā fratribus de iudea, timens eos molestare, discernebat cibos ⁊ ita cogebat gētes iudaizare. Vñ paulus ait. Cum venisset cephas antiochiā. in faciem ei restiti.

De causa dissensionis inter paulum et barnabam.

Capl'm. LXXXIII.

Eo autem anno quo ascendit petrus de antiochia romā paulo ⁊ barnaba antiochie remanētibꝰ, erat quidā ꝓcurator in iudea qui per violentiā sibi voluit vsurpare potestateꝫ constituendi summū pontificem ⁊ mutādi ꝑ arbitrio suo, et vt posset sūmū sacerdotē vnū vel duos constituere eodem anno. Et videntes iudei ꝙ non possent ei resistere. petierunt ab eo licentiam cōsulendi claudium imperatorem romanoꝝ. vt eius voluntate hanc potestatem obtineret, alioquin desisteret ⁊ concessit eis. Et cum misissent nuncios romam. erat ibi agrippa filiꝰ herodis agrippe. quē pater decedēs in manu claudij dimiserat. Claudius autē differebat eū mittere in iudeā tanqꝫ dñm, tū ꝓpter seuiciā iudeoꝝ, tum ꝓpter teneritudinē etatis eius. Iste audiens ꝙ causa populi sui ageretur intercessit pro eis ⁊ obtinuit. Et rescripsit claudius ꝓcuratori vt ab huiusmodi exactione desisteret. ⁊ destitit. Et rescripsit iudeis vt sup̲ hoc gratias agerēt agrippe ad cuius intercessionē hoc obtinuerāt. Et iudei significauerūt ei vt mitteret eis agrippam. ⁊ faceret eum tanqꝫ regem ⁊ dominum. ipse tamen adhuc distulit. Postea ꝟo quādo visum est ei misit eum in iudeā non tamē reddidit ei totam terrā patris qui totū regnū integre obtinuit. sed dedit ei galaditidem regionem scꝫ vltra iordanem, terram duarū tribuum, et dimidie tribus. ⁊ dedit ei potestatē cōstituendi summū sacerdotē in hierusalē ꝑ arbitrio suo quam negauerat procuratori. Iste fuit agrippa, in cuius regnum secesserunt fideles de iudea īminente excidio hierusalem. ab angelo premoniti, sicut habes super mattheum. Sed nnnc prosequamur de paulo ⁊ barnaba qui adhuc demorabantur in antiochia euangelizātes verbū dei. ⁊ iudas abierat sila cum eis remanente. Post aliquot dies visum est eis cōmodum reuerti per ciuitates in quibus predicauerant verbum dei. ⁊ visitare fratres ⁊ confirmare eos in fide. Barnabas autem voluit habere in comitatu suo iohanneꝫ qui cognominabatur marcus. Paulus autē noluit dicens. Non assumendum esse. quia ī fronte aciei constitutus nimis trepide steterat, et quia timore mortis a predicatiōe destiterat, quando scilicet a pamphilia descēdens reuersus est in hierusalem. Ideoqꝫ nō erat assumendus ad predicationem, ne alios malo exēplo lederet. Et facta est dissensio, ita vt discederēt ab īuicem. Et excusant eos sancti, q̊a nō discesserunt odio cōmoti, sed a spiritusancto ad hoc excitati vt diuisi pluribus locis ꝑdicarēt. ⁊ plures lucrifacerēt. Barnabas autem assumpto marco nauigauit ciprum. Ex eo autem ꝙ noluit dimittere eum perpendit fuisse eiꝰ cognatꝰ. Legunt aūt fuisse consobrini. Paulus aūt ꝓfectꝰ est assumpto sila quem dñs ad hoc remanere fecerat vt ei cooperaretur. ⁊ ꝑambulabat siriā ⁊ ciliciam. Postea venit in derben ⁊ listram, vbi erat quidā christianus nomine timotheus filius mulieris vidue vel iudee, natus de patre gentili, cui perhibebant testimonium religionis omnes fi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

deles qui erant listris. Hunc constituit pau-
lus episcopum eoꝝ. sed circuncidit eũ pro tol
lendo scandalo iudeorum: ne scandalizaren-
tur ꝙ haberent episcopũ incircũcisum. nõ ꝙ
legalia post veritatẽ euangelij essent necessa-
ria. paulatim tamẽ non subito iudeis erãt tol
lenda. ⁊ quasi cum honore mater sepelienda
fuit. Postea eduxit secum paulus timotheuz.
et transeuntes per ciuitates precipiebat obser
uari decreta apostolorum et senioꝝ qui erant
in hierusalez. ⁊ ecclesie confirmabãtur ⁊ mul-
tiplicabantur.

Qꝛ prohibiti sunt apostoli ne irent
quo volebant.

Caplm. LXXXIIII.

## T Ranseũtes aũt

frigiam ⁊ galacie regionem volen-
tes ire in asiam minorem prohibi-
ti sunt a spiritusancto qui sciebat corda homi
num. quia tunc nõ essent credituri. Noluit er
go spiritussanctus sanctũ dari canibus. ⁊ im-
pios de contemptu predicatiõis grauius dã
nari. Voluit etiam has ꝓuintias alijs apo-
stolis reseruari. Philippus nanqꝫ ⁊ iohãnes
predicauerunt in asia minori. Lucas in bithi
nia a qua similiter a spiritusancto sunt prohi
biti. ⁊ ita due cause redduntur quare prohibi
ti sunt ab huiusmodi prouincijs. Vel ne san-
ctum daretur canibꝰ. vel quia destinati erant
a spiritusancto alijs apostolis. asia minor io
hanni. bithinia luce. Origenes vbi agit ꝺ pri
mitijs ⁊ de decimis dandis sacerdotibꝰ red-
dit tertiam causam. Dicit enim ꝙ deus proui
dens seruis suis alimoniam corporalem: ab
huiusmodi prouincijs discipulos propter fa
mẽ prohibuit. propter illam scꝫ maximam fa
mẽ in qua helena sustentauit fratres paupe-
res qui erant in hierusalez. que facta est quar
to anno claudij. Nec fuit hec helena matꝰ cõ-
stantini. sed regina abigenorum. cuius amo-
re captus est rex abigenorum. ⁊ eã in vxorem
accepit ⁊ concepit ex eo. Et cum nocte dormi
ret cum ea. ⁊ posuisset manuz suam super vte
rum pregnantis. audita est ab eo vox in hũc
modum. Vide ne ledas puerũ. quia magnꝰ
futurus est in mundo. Et audita voce huiuſ-
modi: stupefactus dixit hoc vxori sue. Post-
ea puerum natum cum summa diligentia nu
trierunt. ⁊ mortuo patre puer factus est rex. ⁊
cõmendatur iste in multꝭ. Et hec est causa cõ
mendationis. quia audiens vnũ deum coli a
iudeis: coluit eundem. ⁊ suscepit circũcisionẽ
et ritus iudeorum. Huius mater helena ve-
niens hierusalẽ inuenit fratres fideles in hie-
rusalem inedia laborantes qꝛ erat tempus fa
mis. ⁊ emit granum vndequaqꝫ. quia attule-
rat argenti copiam ad emendum. ⁊ sustenta-
uit fratres qui erant in hierusalem. Et cũ ad-
huc esset in iudea. nunciatum est ei ꝙ mortu-
us esset filius eius. et statim redijt ⁊ fecit extra
hi cadauer de sepulchro. ⁊ reportauit in iude
am. et fecit non longe a hierusalez extrui duo
mausolea. ⁊ in altero reposuit corpus filij. et
precepit cũ mortua esset in altero corpus su-
um reponi. et sic factum est. ⁊ adhuc apparent
vestigia mausoleorum. et putant multi dece-
pti: esse mausoleũ helene matris cõstantini.

De visione que apparuit pau-
lo nocte.

Caplm. LXXXV.

## C Umqꝫ pertrãsis

sent misiam paulus ⁊ socij eius: ve-
nerunt troadem. et ostensa est pau-
lo visio per noctem. Apparuit ei vir macedo
id est. angelus illius gentis assimilatus viro
macedoni. proprietate lingue vꝉ forma speci
ali. stans ⁊ deprecans eum ⁊ dicens. Transi-
ens in macedoniam adiuua nos. Ex hoc ver
bo videtur fuisse homo non angelus. Non
enim egent angeli auxilio nisi dei. Sed ħ ait
angelus assumpta ꝑsona macedonũ. Vt au-
tem visum vidit statim quesiuimꝰ ꝓficisci in
macedoniã: certi facti ꝙ vocasset nos deꝰ euã
gelizare eis. Et nota ꝙ dictum est quesiuimꝰ.
Hic enim primo ostendit lucas se comitẽ fuis
se pauli. forte ⁊ nunc primo adhesit ei. vnde
nusqꝫ in precedenti ait venimꝰ. sed vbiqꝫ ve-
nerunt. ⁊ similia. Hic autem primo cõmiscu-
it se socijs pauli. vide quoqꝫ quod vbi dicitur
erat vir macedo stãs. Super hoc verbo stãs
glosa habetꝰ modica. Angeli semper stare di-
cuntur. Cui pleriqꝫ adherentes. in antipho-
na pascali sedit angelus. emendant. stetit an-
gelus. sed errant. Intelligendum est semꝑ in
hoc libro. cum legantur in euangelio ange-
li sedisse ad monumentum. Nauigantes aũt
a troade recto cursu venimus samotraciam.
et sequenti die philippis: que est prima ciui-
tas macedonie. id est. venientibus a mari pri
ma occurrit. et erat colonia. Dicitur autem



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

colonia ciuitas illa que defectu indigenaruz
nouis cultoribꝫ implet̃. vnde ⁊ colonia quasi
a nouis cultoribꝫ dicit̃. Fuimus em̃ ibi ꝑ di-
es aliquot. ⁊ die sabbatorũ egressi sumus ex-
tra portam iuxta flumẽ vbi videbat̃ esse locꝰ
cõgruus orationi. id est locutioni vel suppli-
cationi. Orare nanqꝫ accipitur ⁊ pro ꝑorare ⁊
pro supplicare.

Qr recepti sunt a muliere purpuraria.
Caplm. LXXXVI.

e Et sedẽtes loque
bamur mlieribꝫ que ꝯuenerãt. Et
mulier quedã lidda nomine. pur-
puraria ciuitatis tiatirenoꝝ audiebat nos lo
quentes. Potest aũt intelligi purpuraria qua
si vtens purpura. quia forsan erat de regio se
mine. Uel potius purpuraria qꝛ textrix pur
pure. vel qꝛ vẽdebat purpurã. Cũ aũt bapti-
zata esset ⁊ domus eius tota. depcata est nos
dicẽs. Si iudicatis me fidelẽ introite in do-
mũ meã ⁊ manete mecũ. Et intrauimꝰ coacti.
Adhuc em̃ abhorrebãt intrare domos genti
lium ꝑ vitando scandalo iudeoꝝ.

De spiritu phitonico a puella electo.
Caplm. LXXXVII.

f Factum est autẽ
exeuntibꝫ nobis ad orationẽ: vt ob
uiaret nobis quedã puella habẽs
spiritũ phitonicũ. Potest aũt intelligi phito-
nissa. vel per spiritũ phitonicuz operans arte
magica. vel spiritu phitõico vexata. His em̃
duobꝫ modis accipit̃ in sacra scriptura h̃ no-
men. vel phitonissa dicit̃ que ꝑ spiritũ phito
nicũ suscitationẽ mortuoꝝ operat̃ arte magi-
ca. vt que ad petitionẽ saulis ab inferis voca
uit animã samuelis. vel potius ꝑ ea spiritum
imundũ. Hec aũt species artis magice ab ap
polline phitone inuenta est. ⁊ ab eius cogno-
mine cognominata est. Dicit̃ em̃ phitonissa
que a spiritu phitonico possidet̃. ⁊ ea vtit̃ q̃si
organo suo ad diuinãdum. qualiter hic poti
us videt̃ accipi. Et erat questuosa dominis
suis. qꝛ multũ ꝑcipiebãt emolimentũ ex diui-
natiõe ipsius. Hec subsecuta paulũ ⁊ socios
eius clamabat dicens. Isti homines sunt ser
ui dei excelsi. qui annunciãt nobis viam salu
tis. Et sic clamabat multis diebꝫ. forte ꝑ bo-
num nature vel potiꝰ spũsancto spiritũ phito
nicum vt per cã verũ loqueret̃ vrgente. Con
uersus autẽ paulus ipa post eũ clamante. di-
xit spiritui imundo. Precipio tibi in nomine
iesu xp̃i exi ab ea. Et exijt ab ea quia indignũ
erat vt verbũ euangelij ꝑ eam spiritus mẽdax
annunciaret. Uidẽtes autẽ hoc dñi eius sciẽ
tes quia maximũ inde sumerent incõmoduz
apprehenderũt silã ⁊ paulũ. ⁊ duxerũt eos ad
forum ad principes. ⁊ offerẽtes eos magistra
tibus dixerũt. Isti homines cõturbant ciuita
tem nostrã. cũ sint iudei p̃dicantes nouã q̃n-
dam religionẽ. quã nõ licet nob suscipere cuz
simus romani. Jam em̃ decretũ erat a roma
nis: vt nullus deus d̃ nouo coleretur nisi ap
probante senatu. Et cucurrit plebs aduersus
eos ⁊ magistratus. ⁊ scissis eoruz tunicis ius-
serunt eos virgis cedi. ⁊ flagellatos miserunt
in carcerem: precipientes custodi vt diligen-
ter custodiret eos. Qui accepto mandato mi
sit eos in carcerem interiorem. pedes eorum
stringens ligno.

De terremotu vnde aperta sunt ostia
carceris.
Caplm. LXXXVIII.

m Media aũt nocte
paulus ⁊ silas decantabant hym-
nos. ⁊ orãtes laudabant deum. Et
dũ media nocte orarent subito factus est ter-
remotus. quo scꝫ terremotu omnia fundamẽ
ta carceris cõmota sunt. ostia aperta. vincula
omniũ qui erãt in carcere rupta. nõ soliꝰ pau-
li ⁊ sile sed ⁊ alioꝝ. Expergefactꝰ est autẽ cu-
stos carceris. ⁊ videns ianuas carceris aper-
tas. euaginato gladio volebat se interficere.
autumans om̃es incarceratos aufugisse. Et
cũ esset paulus in medio carceris tenebrosi.
videns hoc in spiritu exclamauit. Nihil tibi
facias mali. Uniuersi em̃ quos custodiebas
hic sumus. Sciebat em̃ ꝙ tunc volebat sibi
manũ inijcere. quia putabat om̃es incarcera
tos aufugisse. et petito lumine a ministris in
trogressus est custos carceris. ⁊ tremefactus.
tum ꝓ his que facta fuerant in terremotu. tũ
quia intellexerat paulus ꝙ se vellet interfice
re. procidit paulo ⁊ sile ad pedes. ⁊ educens
eos de carcere ait. Quid me dñi oportet face
re vt saluus fiam. Ad quẽ illi. Crede in domi
nũ iesum. ⁊ saluus eris tu et domus tua tota.
Et locuti sunt ei verbuz domini. ⁊ omnibus
qui erant in domo eius. ⁊ tollens eos in illa
hora lauit plagas eorũ. ⁊ baptizatus est. ⁊ sic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

lauit & lotus est.

Quomodo a magistratibus sunt dimissi.

Capl'm. LXXXIX.

C Um qz perduxisset eos i domũ suam. apposuit eis mensaz et letatus est cũ omni domo sua credens in deum. Et cũ dies factus esset miserũt magistratus nũcios ad custodes carceris dicentes. Dimitte homines illos tanq̃ despectos. Dimittebant autẽ illos ne plures crederent. quia iã innotuerat eis miraculũ. Et nũciauit custos carceris verba hec paulo. Miserunt magistratus vt dimittamini. Nũc igitur exeũtes ite in pace. Ad quẽ paulus. Miserunt nos in carcerẽ flagellatos publice. licz indemnatos homines romanos. id est. romano imperio subiectionẽ censicapite ꝓfessos. & libertate romana donatos. et nunc occulte nos ejiciunt. Nõ sic. sz veniant ipsi & nos ejiciant. Et cũ renunciatũ esset hoc magistratib9. timuerũt audito qꝫ romani essent. Et venientes eduxerunt eos. & rogabant vt egrederent de vrbe. Et exeuntes transierunt per liddam et visis fratribus consolati sunt eos. & inde ꝓfecti venerunt thessalonicam vbi erat synagoga iudeorũ. Paulus autẽ vt cõsueuerat introiuit synagogam. & p tria sabbata disseruit eis de scripturis: predicans christũ mortuũ & resurrexisse. Et crediderunt aliqui ex eis. & adiuncti sunt paulo & sile et mulieres nõ pauce. & de proselitis & gentibus multitudo magna. zelantes autem iudei & assumentes quosdam malos de vulgo concitauerunt ciuitatem aduersus eos.

Vt sicut in eos publica fuit manuum iniectio. ita & publica fiat eiectio.

Ex inuidia iudeorum iason accusatus est.

Capl'm. XC.

C T venientes in domũ iasonis apud quẽ hospitati fuerãt. querebant eos producere i populũ. & nõ inuentis eis putantes eos a iasone fuisse occultatos. traxerũt iasonẽ & quosdam fratres ad principes ciuitatis dicentes. Isti sunt qui vrbem concitant quos suscepit iason. et ipsi suscipientes eos faciunt cõtra decreta cesaris. regem alterum dicẽtes esse q̃ cesarem. et cõcitauerũt principes aduersus eos. Et accepta satisfactiõe a iasone & ceterꝫ dimiserũt eos. Forte iason & alij fratres negauerũt se suscepisse eos. & si ꝯfessi sunt satisfecerũt. et p noctẽ dimiserũt paulũ & silã in beroen. Et itroierũt in synagogã iudeoꝝ. & ꝑdicauerũt ibi. et multi de beroensib9 crediderũt & mulieres honeste nõ pauce.

Quid paulus athenis fecerit.

Capl'm. XCI.

C T audierunt iudei qui erant thessalonice. qꝫ a paulo predicaret verbũ dei in beroe. et venerunt illuc concitantes multitudinez. Et statim dimiserunt paulum fratres vt iret vsq̃ ad mare. quia magis ꝑsequebantur eum iudei. eo qꝫ esset dux verbi. Silas aũt & thimotheus remanserunt ibi. Qui autẽ deducebãt paulũ perduxerunt eũ vsq̃ ad athenas. et videns ciuitatẽ idolatrie deditã: cito remisit ad timotheũ & silam vt venirent ad eum. & venerunt. Et disputabant cũ paulo epicurei. qui ponebant felicitatem hominis in sola corporis voluptate. & stoici qui in sola animi virtute. Et inter se dissentientes in impugnatione apostoli vnanimiter consentiebant dicentes. Quid vult seminiuerbi9 iste dicere. Uere paulus seminatoꝝ verboꝝ erat sed messoꝝ moruz. de huiusmodi messione expectans vberẽ fructum. Alij autẽ dicebant. Nouorũ demoniorum videt annunciatoꝝ esse. Et apprehensuz duxerunt ad ariopagũ. id est ad vicũ martis. in quo scilicet erat templũ martis. qꝛ athenienses singulos vicos denominauerũt a dijs q̃s colebant. vt vicũ in quo colebat mars vocabant ariopagũ. quia arioth dicit mars. Uicum in quo colebant pan. vocabant panopagus. & ita a singulis dijs singulos vicos denominabãt. Erat aũt vicus excellentioꝝ ariopagus. quia ibi erat curia magistratuũ. & scole liberalium artium.

De ara ignoti dei.

Capl'm. XCII.

C T cuz esset paulus in ꝑsentia philosophorum dicebant. Noua quedã infers auribus nostris. Possum9 scire que est hec noua doctrina. q. d. posses rationẽ reddere sup his



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

que dicis. Stans ergo paulus ĩ medio ariopagi ait. Uiri athenienses per omnia iudico vos supsticiosos. Preteriẽs enim vidi simulacra vestra. Inter cetera autem inueni aram cuius supscriptio erat hec. ignoto deo. vel ignoti dei. Ac si dicat. Hec ara dedicata est ignoto deo. Singulis eñi aris supponebat titulus. indicans cui essent dedicate. Hunc inquit deum ignotũ cui hanc aram consecrastis ego annuncio vobis. Hic est deus qui fecit mundũ ⁊ oĩa q̃ in eo sũt. in q̃ viuimus mouemur et sumus. Quõ aũt hec ara illi deo ignoto ꝯsecrata est. historia actuũ apl'oꝝ nõ ꝓsequit. ideo nostrũ est hoc supplere. scz dicere.

Qꝫ philosophi athenienses dixerunt deum nature pati.

Capl'm. XCIII.

Die enim domi nice passiõis philosophi qui athenis erant vidẽtes tenebras factas sup vniuersam supficiem terre. nõ potuerunt causam earum inuenire in naturalibꝫ causis. Tandẽ ad hoc inducti sunt vt dicerent quia deus nature patiebat. Et dixerũt atheniẽses Constituamus aram illi deo. ⁊ dedicata est ara ⁊ suppositus est titulus ignoto deo. Et cũ vellẽt offerre holocausta ⁊ victimas illi deo ignoto. dixerũt philosophi. Bonorũ nostroꝝ nõ eget. sed facietis genuflexiones ante aram eius ⁊ supplicabitis ei. quia nõ querit oblationem pecorũ. sed deuotionẽ animorũ. Hunc deum ignotũ annunciabit eis paulus. asserens euz mortuũ fuisse. resurrexisse ⁊ ascendisse in celũ in fine orbem iudicaturũ. Et cũ predicaret resurrectionẽ mortuoꝝ quidã irridebant. Quidam autẽ nec respuebãt nec recipiebant dicẽtes. Audiemus te de hoc iterũ. Et exiuit paulus de medio eoꝝ. ⁊ quidã adherentes ei crediderũt. Inter quos fuit dionisius ariopagita. quem postea ordinauit apl's episcopũ corinthioꝝ. Cuius ꝯuersionis modũ quia p̃termittit historia actuũ apostolorum nostrũ est supplere.

De dionisio ariopagita.

Capl'm. XCIIII.

Iste dionisius magister erat in ariopago. et quãuis ad exhortationẽ pauli de facili crediderit. tamen nõ nisi post longaz disceptationem pauli cõfessus est se credere. Sz post multaz disceptationẽ. dũ adhuc cum paulo disceptaret. forte transijt cecus per viam coraz eis. Et statim ait dionisius paulo. Si dixeris huic ceco in noĩe dei tui vide. ⁊ viderit. ego statim credã Sed ne vtaris verbis magicis. q2 forte nosti ṽba que habeãt hmõi efficaciaz. ego prescribã tibi formã verboꝝ. hac inquit forma verboruz dices ei. In nomine iesu christi nati de virgine crucifixi. mortui: qui resurrexit ⁊ ascendit in celũ vide. Et vt omnis tolleret suspicio p̃cepit paulus dionisio vt ipe eadem verba ꝓferret. Et in ea forma verborum dixit dionisius ceco vt videret. ⁊ statim vidit ⁊ dionisius ꝯfessus est se credere. Et cũ predicaret paulus athenis ⁊ mltos ꝯuertisset venit corinthũ. ⁊ ibi inuenit quendã iudeuz nomine aquilã cũ vxore eius priscilla. quos sepe cõmemorat apostolus. vbi salutat amicos suos. Isti nup venerũt de italia iudeis omnibus ex edicto claudij impatoris de regno eius exire cõpulsis. eo qꝫ vxorẽ eius agrippinã pre nimia familiaritate quã habebat cũ eis adeo traxerãt ad ritus suos vt iam iudaizaret. Et hospitatus est paulus apud aquilã ⁊ priscillam. eo qꝫ eandẽ artem exercerent quaz ⁊ ipse cõsueuerat exercere. de ꝓprio labore manuum sibi victũ acquirens. scz artem scenofactoriaz Faciebant eñi tentoria siue papiliones q̃ necessaria erant indigenis terre ꝓpter ĩmoderatum calorem vel cõmeãtibꝫ. Ut dicatur ars scenofactoria a scenos quod interpretat vmbra. vel s'm alios a scenos qđ interpretat funis. Erant eñi funicularij. Et cum venissent silas ⁊ timotheus de macedonia vbi dimiserat eos. predicabat paulus instanter verbuz euãgelij coadiuuantibꝫ illis. Et vilipendentibus iudeis predicationẽ. iuxta qđ preceperat dominus excussit puluerẽ de pedibꝫ in testimoniũ dicens illis. Mundus sum a sanguine vestro. q2 quantũ in me fuit volui vos reuocare ab impietate vestra. Sed q2 pertinaces estis transeo ad gentes. Et migrãs inde transijt ad domũ cuiusdã gentilis nomine titi. cuius domus erat cõiuncta synagoge. Nec est intelligẽdum hoc de tito. cui apostolus epistolas scripsit qui eius fuit discipulus. quem etiam cretensem epm ordinauit. Et cõuersus est crispus archisynagogus cũ vniuersa familia sua. ille scz de quo apostolus ait scribens ad corinthios. Gratias ago deo meo. q2 ne-

minē ex vobis baptizaui nisi crispum ⁊ galū
Et multi corinthiorꝫ audientes conuersionē
eius crediderūt ⁊ baptizati sunt. Et apparuit
dñs paulo ꝑ visionē dicens. Noli timere sed
loquere ⁊ ne taceas. quia ego tecū sum. et ne-
mo apponet manū vt noceat tibi. ⁊ fuit ibi per
annū ⁊ sex menses.

¶ Vt iudei concitauerūt gallionē in
paulum.

Capl'm. XCV.

## Insurrexerunt

ergo vnanimiter iudei in paulum
et traxerūt eum ad presentiā gallio
nis qui erat ꝓcurator achaie regiōis: in qua
erat corinthus Et accusauerūt eum ꝙ cōtra
legem ꝑdicaret. ⁊ locut⁹ est gallio ad eos. Si
argueretis hominē istū de aliquo scelere ma
nifesto: sup eum iudicarem. Sed quia disce-
ptatio est de lege vestra nō curo iudicare. Et
videntes gentiles ꝙ nō faueret ꝓcurator par
ti iudeorū coram eo apprehenderūt sostenem
principem synagoge. ⁊ ꝑcutiebant eū. et nihil
horum erat cure ꝓcuratori. Paulus autē cuꝫ
adhuc sustinuisset in dies m'ltos. ⁊ esset in cen
cris. qui est portus corinthi ascensurus nauē
vt nauigio veniret in siriam. totondit comam
quaꝫ nutrierat. quia fuerat nazareus ex voto
Nazarei eñi ad tempus ex voto comā nutrie
bāt. ⁊ cōpleto tpe voti radebant. ⁊ in ignē sa-
crificij ponebant. Quidā codices habent to-
tonderūt. Vñ quidā hoc referūt ad aquilā ⁊
priscillā. Sed augustin⁹ ⁊ hieronym⁹ ad pau
lum hoc referunt.

¶ Vt paulus disputabat ephesi con-
tra iudeos.

Capl'm. XCVI.

## Et venit paulus

in siriam ducens secū aquilā ⁊ pri-
scillam. Et cum venisset ephesum
ingressus synagogā disputauit cū iudeis. Et
rogantibꝫ illis vt cū eis ampli⁹ remaneret nō
consensit. Sed valefaciens fratribꝫ ꝓfectus
est ab epheso dimittens ibi aquilā ⁊ priscillā.
et ipse ꝑambulauit galaciā ⁊ frigiam confir-
mādo fratres. Et cū eēnt ephesi aquila ⁊ pri-
scilla. venit ephesum quidam iudeus nomi-
ne appollo alexandrinus genere. vir facund⁹
et peritus in scripturis. Iste baptizatus erat
baptismo iohannis. ⁊ iam credebat christum
esse messiam in lege ꝓmissuꝫ. ⁊ recte sentiebat
de patre ⁊ filio. ꝫ nihil adhuc audierat de spi
ritusancto. Et cū viderent eū aquila ⁊ priscil
la fiducialiter ꝑdicantē: assumpserūt eū. ⁊ di-
ligentius exposuerūt ei vnū deū. Utrū autē
baptizauerint eū baptismo christi nō legitur
Cū autē apollo vellet redire corinthū. aquila
et priscilla ⁊ ceteri fideles qui erāt ephesi scri-
pserūt fidelibꝫ qui erāt corinthi vt susciperent
eū. nec abhorrerēt eū tanꝙ iudeū. Et cū venis
set corinthū. multū cōtulit fratribꝫ qui erant
corinthi. Uehemēter eñi iudeos ꝯuincebat.
vñ multū ꝯfirmati sunt fratres.

Quomodo baptizati sunt qui baptisma io
hannis acceperant.

Capl'm. XCVII.

## Actum est autē

cū apollo esset corinthi. vt paulus
ꝑagratis superioribꝫ ptibus veniret
ephesum. ⁊ inueniret quosdā discip'los a iohā
ne baptizatos. nōdū tñ ꝯfirmatos. q: p⁹ bap
tismū nō acceperāt manuū impositionē. ⁊ in-
terrogauit eos. Accepistis ne spiritūsanctū cre
dētes. i. manuū impositionē qua datᷣ spūssan
ctus. Ad quē illi. Sed nec de spūsancto men
tionē audiuimus. Ad q̄s ille. Nō sufficit ba
ptismus iohānis. Et statim baptizati sunt in
noīe dñi iesu xp̄i Et cū imposuisset eis man⁹
post baptismū acceperūt spiritūsanctū. ⁊ loq̄-
banṭ varijs linguis. Et quidā eorꝫ ꝓphetabāt
ꝑdicētes futura. Erāt aūt oēs fere. xij. forte. xi
vel. xij. erāt. ⁊ est appositū fere ad tēperamen-
tum. Et ꝑdicauit ibi paul⁹ ap'ls cuꝫ fiducia ꝑ
tres mēses. disputās ⁊ suadens de regno dei.
Et qui pri⁹ ꝓhibit⁹ fuerat a spūsancto ꝑdica-
re in asia minori. nūc eodē spūsancto inspiran
te ꝑdicabat ephesi. Ex q̄ ptꝫ ꝙ̄ ammirāda sūt
iudicia dei. Cū aūt ꝑdicaret ephesi quidā ob
stinati ⁊ incredulitate ptinaces. maledicebāt
doctrine eius corā multitudine. Discedēs aūt
ab eis segregauit secū discipulos. disputās ī
scola cuiusdā tiranni. i. nobil'. vl' forte nomē ꝓ
priū est illius a quo ꝯduxerat domū. in qua
docebat discip'los suos. tanꝙ regēs scolas. ⁊
hoc fecit ꝑ bienniū. Et in eodē biennio scp̄sit
ep'lam primā ad corinthios. Et faciebat de⁹
magnas ⁊ multas virtutes ꝑ man⁹ ei⁹. ita vt
sanarenṭ languidi quibꝫ supponebanṭ semi-
cincia. Dicunṭ aūt semicincia vestes tantū ab
vno latere pēdētes. vel quedā zone. vel que-



202

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

dam capitis ornamenta. vel quoddam genꝰ
sudarij quo hebrei vtuntur. quo laborantiuꝫ
sudor abstergitur.

De potestate nominis iesu.
Caplm. XCVIII.

# Videntes autez
quidã exorciste ꝙ ad inuocationeꝫ
nominis iesu paulꝰ eijceret demo-
nes excogitauerunt vti eadem forma verboꝝ
ad eiectionem demonis. quia licet per exorcis
mos salomonis demones eijcerent. nõ tamẽ
absqꝫ labore multo. sed quibusdam herbis ⁊
gẽmis adhibitis. vt tradit iosephus. Ut ergo
facilius eijcerent demones. adiurabant eos ĩ
hunc modũ. Adiuro vos ꝑ iesum quem pau
lus predicat. ⁊ sic exibant demones ab obses-
sis. Erant autẽ septem filij sceue principis sa-
cerdotum. qui ꝑcipue adiurabant demones
in hunc modũ. Et dum quadã die adiurarẽt
demonẽ vt exiret de corpore obsesso. respon-
dit eis demon. Jesum noui ⁊ Paulum noui.
sed vos qui estis. Et insiliens in eos: verbera
uit eos. Et increpuit fama ꝑ vniuersam regi-
onem. ⁊ incussus est timor omnibꝫ exorcistis
et magis. vt nõ auderent ampliꝰ in hũc mo-
dum demones adiurare. Et congregati sunt
omnes magi qui ꝑ artem magicã imperabãt
demonibꝫ. ⁊ combusserũt libros suos añ pe-
des pauli. Postea paulus proposuit ire hie-
rosolimã ⁊ inde romam. Premisit autẽ timo-
theum ⁊ erastum in macedoniã. ad preparan
das collectas quas erat delaturus in hieru-
salem. ad vsus pauperum qui erant in hieru-
salem. Ipse autem ad tempus remãsit in asia
minori.

De tumultu excitato per demetrium.
Caplm. XCIX.

# Et facta est in tẽ
pore illo turbatio magna in ephe-
so. demetrius em̃ argentarius qui
faciebat edes ⁊ imagines argẽteas diane cõ-
uocauit operis eiusdẽ opifices. ⁊ locutus est
eis in hunc modũ. Scitis quia de huiusmo-
di artificio multũ nobis lucrũ comparamus
Paulus autẽ predicat non esse deos manu-
factos. Si ergo inualuerit eius doctrina ni-
hil amplius lucrabimur. ⁊ etiam templũ ma
gne diane pro nihilo reputabitur. ⁊ maiestas
eius destructur quaꝫ veneratur vniuersus or
bis. Et statim ira repleti clamauerunt vnani-
miter discurrentes ꝑ ciuitatem. Magna dia-
na ephesiorũ. Et rapto gaio ⁊ aristarcho so-
cijs pauli contraxerũt eos in theatrũ. specta-
culum scilicet in quo rei puniebanť. Et cum
paulus hoc audito vellet venire in theatrum
non formidans se morti obijcere. dissuasum
est ei a quibusdam amicis suis propter ꝯuen
tum populi. Postqꝫ autez cessauit tumultus.
vocatis paulus discipulis exhortatꝰ est eos.
⁊ valefaciens eis profectus est in macedoniã
et inde athenas. Ubi cum fuisset tribus men
sibus posite sunt ei insidie a iudeis in siriã na
uigaturo. scientibꝫ ꝙ deferret collectas. Olim
cum esset vacuus viator nõ ꝓposuerũt illi in
sidias. Habuit igitur consiliũ vt reuerteretur
in macedoniã. vt ita vitaret insidias. Quidã
enim de socijs eius ꝓfecti sunt recta via. Et
precedentes nos dicit lucas sustinuerũt nos
troade per circũitũ venientes. Nos ṽo naui
gauimus post dies azimorum philippis. que
est prima ciuitas macedonie. ⁊ in quinqꝫ die-
bus venimus troadẽ vbi demorati sumus se
ptem diebꝫ. Una autẽ sabbati cũ ꝑendinare-
mus. disputabat paulus cũ eis in crastino ꝓ-
fecturus. ⁊ ꝓtraxit sermonẽ in mediã noctem.
⁊ erant lãpades copiose in cenaculo vbi con-
gregati eramus.

De mortuo resuscitato a paulo.
Caplm. C.

# Et cũ sederet qui
dam adolescens suꝑ fenestrã ⁊ gra-
uaretur somno. cecidit de tertio ce-
naculo deorsum. ⁊ sublatus de terra oblatus
est paulo mortuus. ⁊ dicebať euticꝰ. Ad quẽ
cum descendisset paulus incubuit suꝑ eum. ⁊
complexus eũ ait. Nolite turbari Anima em̃
ipsius in eo est adhuc. Hoc autẽ ait vt tolle-
ret desperationẽ ab eis. Simili verbo vsus
est dominus dicens. Puella non est mortua:
sed dormit. Et suscitatus est adolescens: ⁊ gu
stauit cibum ⁊ confortatus est. Sic inter ver
ba predicationis occurrit occasio curationis
vt ostẽsiõe miraculi cõfirmareť doctrina pau
li. et vt artius infigereť eoꝝ mentibꝫ memoria
magistri ab eis discessuri. Nos autẽ ascendẽ-
tes dicit lucas nauigauimꝰ in asson. vt ibi ex-
pectaremus paulum. sic em̃ disposuerat ipse
per terrã interim iter facturus. Et cũ redisset
ad nos. assumpto eo venimus miletũ. Pro-

posuerat ei paulus in transitu nauigare ephesum, moram non facturus. Festinauit enim si possibile esset vt in die pēthecostes esset hierosolimis. A mileto tamen nō nauigauit, sed misit ephesum, et vocauit maiores ecclesie. Et vocati venerunt miletum, et exhortat⁹ est eos dicens se ascendere hierosolimam. Ecce inquit alligat⁹ spiritu, id est, spiritusancto, ad id me coartante vado in hierusalē, que ventura ibi mihi sunt ignorans, licet spiritussanctus mihi per alios protestetur, quia vincula et tribulationes me ibi manēt. Alijs enim reuelauerat spiritussanct⁹ de ipso quod non ipsi. Sed nihil inquit horum vereor, nec facio animaz meam, id est vitam temporalez preciosiorem q̄ me, id est, q̄ animam meam, dummodo cōsummem cursum meum, et ministeriuz quod accepi a domino iesu testificari euangelium gratie dei. Et nunc ecce scio quia ampl⁹ non videbitis faciem meam. Et post multam exhortationem positis genibus vna cum omnibus illis orauit. Et procumbentes super collum pauli flentes osculabantur eum, dolentes maxime de eo q̄ dixerat, quoniam faciem eius non erant amplius visuri, et deduxerunt eum vsq̄ ad nauem. Et abstracti ab eis trāseuntes multas vrbes et regiones venimus tirum, vbi mansimus, vij, diebus, inuentis ibi discipulis quibusdam per spiritum propheti cum paulo predicentibus, que illi euentura erant in hierusalem, et dissuadentibus ne ascēderet. Postea profecti sumus deducentibus nos omnibus cum vxoribus et filijs vsq̄ foras ciuitatem. Et valefacientes eis ascendimus nauem. Illi autez redierūt in sua. Nos autē ascendimus ptholomaidem, et salutatis fratrib⁹ mansimus cū eis vna die.

De hoc quod agabus paulo predixit.

Capl'm. CI.

a Ltera autez die venimus cesaream, et introiuimus domū philippi diaconi. Huic erāt quattuor filie virgines prophetisse predicentes paulo quod erat ei euenturum in hierusalem. Et cum moraremur ibi per aliquot dies superuenit propheta de iudea nomine agab⁹ Qui cum venisset ad nos tulit zonam pauli, et ligans sibi man⁹ et pedes ait. Hec dicit spiritussanctus, Virum cuius est hec zona sic alligabunt in hierusalem iudei, et tradent in manus gentium. Hec audientes rogabam⁹ nos et qui erant loci illius, vt nō ascenderet in hierusalem. Et respondit. Quid fletis affligētes cor meum. Ego enim non solum alligari sed etiam mori in hierusalem paratus sum propter nomen domini iesu christi. Et cum non possemus ei dissuadere quieuimus dicentes Domini fiat volūtas. Postea preparati ascēdimus hierusalem, et nonnulli de discipulis qui erant in cesarea nobiscum adducentes iasonem hospitem nostrum. Et cum venissem⁹ hierusalem libenter exceperunt nos fratres. Sequenti autem die introiuit paulus nobiscum ad iacobum qui erat episcopus hierosolimorum, de quo dicit beda super hunc locum, q̄, xxx, annis rexit ecclesiam hierosolimitarum, scilicet vsq̄ ad, vij, annuz neronis, qui ſm iosephum excerebratus est partica fullonis. Beda dicit q̄ precipitatus est d̄ templo Alibi legitur lapidatus. Et potuit esse. quia postq̄ precipitauerunt eum lapidauerunt eū quasi vile cadauer. Sed cuz beda dicat mortuū iacobū septimo anno neronis, palam est nō esse autenticū quod legitur in epistola clementis, qui iuxta tenorē ill⁹ epistole dicit sibi esse mādatū a petro, cui successit in apostolatū, vt post eius mortē iacobo episcopo epistolas destinaret, vt ab eo instrueret. Sz cuz iacobus episcopus mortuus sit septimo anno neronis, et petrus vixerit vsq̄ ad, xiiij, constat hoc nihil esse.

De hoc quod obtulit de consilio ſm legem.

Capl'm. CII.

c Um aūt intrasset paulus ad iacobū: collecti sunt seniores. Quibus salutatis narrabat per singula que et quanta fecerat deus in gentibus per eius ministerium. Qui cum audissent magnificabant deum, et dixerunt paulo. Vides frater quot milia sunt in iudeis q̄ crediderunt, Omnes tamen adhuc sunt emulatores legis volentes pariter cum fide suscepta obseruare legalia, et audierunt de te q̄ p̄dices abolitiones legis, et eis odibilis factus es quasi destructor legis moysi. Cōueniet ergo multitudo audiens te superuenisse. Vnd̄ consulimus tibi vt sanctifices te ſm legē, cuz iiij, qui habent votum super se, vt sic appareat



203

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

falsa opinio. que increpuit de te. Et statuerūt de eius consensu vt iudeis ad fidem conuersis non prohiberetur obseruatio legaliū. dūtaxat ne ponerent spem in eis. Et distingue quattuor sinodos in primitiua ecclesia hierosolimis celebratas. Primam de substitutione matthie loco iude. Secundam de electione. vij. diaconorū. Tertiā de legalibus qua statutum est conuersis ad fidem ex gentibus. non esse imponendum onus legalium. quando ascenderunt paulus et barnabas de antiochia in hierusalem. Quartam de qua hic agitur. qua statutū est non prohiberi iudeos a legalibus obseruantijs. dūmodo non ponerent spem in eis.

Ut ligatus est paulus a preside ad clamorem iudeorum.

Capl'm. CIII.

Postera die purificatus paulus cum quattuor viris intrauit templum cum eis. et obtulit oblationem suam sicut alij. Consūmatis autē septē diebus iudei qui venerunt de asia persequentes paulū cū vidissent eū in templo. quia viderant trophinū ephesiū deambulantem cū eo per ciuitatem. putauerunt quod introduxisset eū in templū. hominem scilicet gentilem. et concitauerunt omnem populum contra eum. et iniecerunt manus in eū dicentes. viri israelite adiuuate. Hic enim est homo qui contra populū et legem et locū istū predicat vbique terrarum. et insuper gentiles induxit in templū. et contaminauerunt locum sanctum. Cōmota est ergo vniuersa ciuitas et facta est dissensio populi. Et apprehendentes paulū traxerūt extra templū et clauserūt ianuas ne fugeret in templū. et querentibus eū occidere nūciatū est tribuno cohortis scilicet claudio lisie qui missus fuerat a felice preside. Et cū assumptis militibus et centurionibus occurrisset. videntes eū desierūt percutere paulum. Et apprehendit paulū. et iussit eū ligari cathenis duabus. donec de causa eius cognouisset. Et cū non posset audire pre tumultu. iussit eū duci in castra scilicet in turrim regiam. Et cū venisset ad gradū. forte ad gradū templi vel ad gradū domus proprie. portabatur paulus a militibus propter impetum populi. sequebatur enim omnis popul9 clamans. Tolle eū. ad mortē scilicet. Et cū indu ceretur paul9 in castra. ait tribuno. Licet mihi loqui aliqd ad te. Ad quem tribun9. Nosti grecam linguā. Ait. Noui. Locutus est enim tribun9 grece ne iudei intelligerent. Nunquid tu es egyptius ille qui ante hos dies tumultū cōcitauit: et inde eduxit secū in desertū quattuor milia virorum sicariorum. Josephus dicit quod cū pluribus milibus. et potuit primo venire cum paucioribus postea habere plura.

De egyptio qui populum seduxerat.

Capl'm. CIIII.

Egyptius iste per artem magicam sibi comparauerat nomen prophete. et congregatis triginta milibus iudeorū eduxit eos per desertū vsque ad montē oliueti. volens irruere in hierusalem vt eam caperet. Sed occurrēs ei felix preses cum multis milibus armatorū fugauit eum cū paucis. et alios occidit. Respōdens paulus tribuno ait. Homo sum iudeus non egyptius. a tharso cilicie non ignote ciuitatis municeps. Non est natus tamē in tharso sed in oppido galilee noīe giscallo. Quo capto a romanis translatus est tharsum cū parentibus. et ibi educatus. Unde ab educatione se dicit tharsensē. licet in giscallo fuerit natus. sicut christus nazareus dicit. licet in bethleem sit natus. Non est educatus in tharso. sed in municipijs adiacentibus ciuitati. vnde non vocat se ciuem sed municipem a municipio et territorio ciuitatis in quo nutritus est. Dicuntur autem municipia vicina rura ciuitatis. que munera debita vel tributa soluunt ciuitati.

Ut cognitus a populo permissus est loqui presidi.

Capl'm. CV.

In sequentibus autē magis declaratur quare se dixerit paulus ciuem romanum. et est summa. quia pater suus per obsequiorum diligentiam sibi comparauerat gratiam romanorum et donatus est ab eis romana libertate. vt putaretur ciuis romanus ipse et heredes sui. et sic iure hereditario habebat paulus cōsortium romane ciuilitatis. Rogo ergo te permitte me loqui ad populū. Et permissus cepit loqui hebraice. Quod audientes magis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

prestiterunt eis silentium. Viri fratres ego sũ
homo hebreus natus in tharso cilicie. nutri-
tus in hac ciuitate secus pedes gamalielis: et
ab eo erudit⁹. ꝛ fui emulator legis sicut ꝛ vos
et persecutus sum christianos. Cui⁹ rei testis
est mihi princeps sacerdotũ a quo accepi lit-
teras ĩ damascũ. vt si quos ibi inuenirez chri-
stianos: vinctos perducerem in hierusalem.
Postea prosecutus est quomodo ꝑcussit euz
dominus cecitate in via. quomodo conuer-
sus ꝛ baptizat⁹ ab anania. quomõ post mul-
tum circũitum de damasco redijt in hierusalẽ
Et duz oraret in templo factus est in extasi. et
vidit et audiuit christũ dicentem sibi. Festi-
stina ꝛ exi velociter de hierusalẽ. quia nõ reci-
pient testimoniũ tuum de me. Ad quẽ ipse re
spondit. Domine ipsi sciunt quia ꝑsequebar
sectatores nominis christiani. ꝛ interfui lapi
dationi stephani custodiẽs vestimẽta lapidã-
tium. q. d. Debet eis sufficere hoc exemplum
cõuersatiõis mee. Et dñs ad eũ. Vade quo-
niam ad natiões mittã te longe. quasi diceret
Nec propter hoc credent tibi iudei. ideo mit-
tam te ad gẽtes que tã loco q̃3 animo a iudeis
sunt longe.

Qꝫ paulus ciuem romanum
se fecit.

Caplm. CVI.

Wnqz vsqz ad
c hoc verbũ in silentio audissent euz
iudei. audito ꝙ destinat⁹ esset genti
bus. vnanimiter vociferati sunt proijcientes
vestimenta sua. ꝛ puluerẽ iactantes in aera ꝑ
magnitudine tristicie. quasi furorẽ exprimen-
tes. dicentes tribuno. Tolle de terra hominẽ
huiusmodi. Nõ est enim fas eum audire. Et
iussit eũ tribun⁹ induci in castra in turrim scz
illã que dicebatur antonia. ꝛ agrippina. ꝛ ce-
di flagellis et torqueri vt ita nõ occiderẽt euz
tormentis eius satiati. Et cũ astrinxissent euz
loris. dixit paulus astanti cẽturioni. Licz vo
bis flagellare hominẽ romanũ indemnatũ. id
est de nullo reatu ordine iudiciario cõuictuz.
Quo audito accessit centurio ad tribunũ di-
cens. Quid acturus es. Hic homo ciuis ro-
manus est. Et accedens tribunus ad paulũ.
quesiuit ab eo an romanus esset. Et cõfessus
est. Et ait tribun⁹. Ego multa summa pecu-
nie hanc ciuilitatẽ emi. Ego inquit paulus ĩ
ea natus sum. quia pater suus vt ꝑtaxatũ est
anteq̃3 gigneret eum. cõparata sibi gratia ro-
manorum: ciuilitate romanorũ donatus est
ab eis in se et in heredibus suis. Et statim di-
scesserũt inde qui erant eũ torturi. quia timu-
it tribun⁹ audito ꝙ esset ciuis romanus.

De scismate orto inter iudeos et industria
pauli. Capitulum. CVII.

Ostera autẽ die
p volens scire diligentius causaz ac-
cusationis pauli soluit eum ꝛ iussit
cõuenire sacerdotes ad cõsiliũ. Et ꝓducens
paulum statuit eum inter eos: et cepit paul⁹
palam loqui cõsilio. Viri fratres inquit: ego
omni cõscientia bona cõuersatus sum apud
deũ vsq̃3 in hodiernũ diem. Et statim prin-
ceps sacerdotũ ananias ꝑcepit astantib⁹ vt
percuterẽt os eius quasi impudenter gloriã-
tis. Ad quẽ paulus. Percutiet te deus pari-
es dealbate. q. d. Vindicabit in te de⁹ o hy-
pocrita. qꝛ cũ sedeas super cathedrã moysi:
quasi ꝭm legẽ videris iudicare. et iudicas cõ-
tra legem. qꝛ cum me reputes blasphemũ nõ
me iudicas legis ordine. q̃ precipit blasphe-
mũ extra castra educi: et eductũ ab omni po-
pulo lapidari. Vel forte ꝓphetauit paul⁹ de
abolitione sacerdotij iudeoꝝ dicens. Percu
tiet te deus. q. d. Destruet te deus et sacerdo
tium tuũ. sacerdotiũ. s. iudeorũ. Tunc q̃ asta-
bant dixerũt. Summũ sacerdotẽ dei maledi
cis. Tunc paul⁹ ait. Nesciebã fratres princi-
pem esse sacerdotũ. reuera si hoc scirẽ: reus es
sem. Scriptũ est enim. Principẽ populi tui
nõ maledices. Vel quasi mystice ait se nesci-
re. id ẽ sacerdotiũ iudeorũ reprobatũ esse. q̇a
licet nouerit hũc non esse vere principẽ sacer
dotum: tñ temperate respõdet. instruens ali-
os vt modestius se haberẽt erga ꝑlatos su-
os. Tũc timens paul⁹ impetũ iudeorũ exco-
gitauit quomodo moueret scisma inter eos.
Et cũ ꝑsentes essent pharisei et saducei: corã
omnib⁹ ꝓfessus est se esse de secta phariseorũ
vt ita cõciliaret sibi animos eorũ: et eorũ be-
neficio euaderet manus aliorũ. Et cum ꝓfes
sus esset. facta est dissensio magna inter pha-
riseos et saduceos.

Qꝫ dominus cõfortauit paulum.
Capitulum. CVIII.

T exurgẽtes qui
e dam phariseorũ. pugnabãt ꝓ paulo



204

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

contra saduceos dicentes. Nihil mali inueni
mus in homine isto Quid si spũs locutꝰ est ei
vel angelꝰ. Hoc aũt cõtra saduceos dicebãt.
negantes angelũ esse vel spiritũ vl' animã. Et
cũ facta esset tanta dissensio. timẽs tribunꝰ ne
discerperet̃ paulꝰ a saduceis scꝫ volentibꝫ euꝫ
rapere. iussit milites descendere ⁊ rapere eũ d̃
medio eoꝝ. ac deducere ĩ castra. ⁊ sic factũ est
Seq̃nti aũt nocte apparuit dominꝰ paulo di
cens. Constans esto. sicut enim testificatꝰ es
de me in hierusalẽ. sic oportet te et rome testi-
ficari.

Quomodo coniuratum est in mor-
tem pauli.

Capl'm. CIX.

Acto autem die

f collegerũt se q̇dam ex iudeis. et de
uouerũt se maledictioni. si comede
rẽt vel biberẽt donec occiderẽt paulũ. ꝓ quo ĩ
greco habet̃ anathematizauerũt. Et erãt plus
q̃ꝫ. xl. viri q̇ hanc coniurationem fecerãt. ⁊ ac-
cesserũt ad principes sacerdotũ ⁊ seniores di-
centes. Deuotione deuouimꝰ nos nihil gu-
staturos donec occidamꝰ paulũ. Persuadete
ergo tribuno vt adhuc perducat eũ in mediũ
ad vos. tanq̃ꝫ aliq̇d sitis certiꝰ cogituri d̃ eo
Nos ỽo parati erimꝰ interficere eũ. Forte h̃
audiens nepos pauli filiꝰ sororis eiꝰ. intrauit
in castra. ⁊ nũciauit hoc paulo. Et aduocãs
paulꝰ vnũ de centurionibꝫ ait. Adolescentem
hũc perduc ad tribunũ. habet enim aliq̇d in-
dicare ei. Et cũ venisset adolescens ad tribu-
nũ exposuit dolos ⁊ insidias iudeorũ contra
paulũ. Tũc dimittens adolescentem tribunꝰ
precepit ei ne alicui hoc reuelaret. Et conuo-
catis duobꝫ centurionibꝫ ait illis. Parate mi
lites ducentos vt eant vsq̃ꝫ cesareã pedestres
et eq̇tes. lxx. scilicet q̇ nõ eant pedestres. ⁊ lan
cearios ducentos a tercia hora noctis. ⁊ pa-
rate iumenta. x. paulo ⁊ comitibꝫ suis. ⁊ per-
ducite eum sanũ ⁊ incolumem ad felicem pre
sidem.

Q ante presidem contra tertulliũ
oratorem contendit.

Capl'm. CX.

Cripsit quoqꝫ

s tribunꝰ presidi epistolam in hũc
modũ. Claudiꝰ lisias optimo ꝑ
sidi felici salutẽ. Nec fuauit q̃d
in epistolis nostris seruamꝰ. Nõ eñ excellẽ-
tioris ꝑsone ꝑmisit nomen: immo nomẽ suũ
q̇ erat inferior ꝑsona ꝑside. Postea exposuit
in epistola causam accusationis pauli. ⁊ mo
dum ⁊ ordinẽ actionis. Cũq̃ꝫ venissent cesa-
ream nũcij cũ paulo. tradita ep'la presidi sta-
tuerũt paulũ ante eũ. et ep'la ꝑlecta cognito
ꝙ esset de cilicia: ait ꝑses. Audiã te cũ accusa
tores tui venerint: et iussit eũ custodiri in ꝑto
rio herodis. Post q̇nq̃ꝫ aũt dies descẽdit ꝑn
ceps sacerdotũ ananias cũ senioribꝫ ⁊ cũ ora
tore quodã tertullio q̇ esset aduocatus eoꝝ.
Et ꝑorauit tertulliꝰ añ felicẽ: et in multis ac-
cusauit paulũ. Postea annuente ꝑside rñdit
paulꝰ. ostendẽs q̃ꝛ nihil dignũ morte cõmise
rat. et ꝙ ꝑsequebant̃ eũ iudei ꝓ veritate. scꝫ ꝙ
ꝑdicabat resurrectionẽ. Et audito ꝙ esset cõ-
trouersia de lege eoꝝ: paruipendẽs felix ait.
Audiam vos cũ tribunus lisias descẽderit.
Et iussit paulũ esse in libera custodia: vt libe
re posset ĩgredi et egredi ⁊ deambulare: et nõ
ꝓhiberet̃ quisq̃ꝫ de suis ei mĩstrare. Post ali-
quot ỽo dies vẽit felix cũ vxore sua drusilla
et vocauit paulum. Ista drusilla iudea erat
pulcerrima: quã olim ꝯcupierat lazitꝰ rex a-
masonũ. Et cũ vellet eã ducere: negauit di-
cẽs. q̃ꝛ nullo mõ iuberet incircũciso. Postea
ille circũcidit se et duxit eã.

Q felix voluit pecuniã extorq̃re a paulo.

Capitulum. CXI.

Um aũt missus

c esset felix a claudio ꝑses iudee: solli
citabat eã ꝑ iudeos vt nuberet ei.
Et tandẽ inducta est ad hoc exemplo cogna
te sue beronice. q̇ olim dimisso viro suo nu-
pserat ditiori. scilicet agrippe regi filio hero-
dis agrippe: q̇ habebat terrã vltra iordanem.
Dimisso igit̃ priori viro scꝫ lazito rege amaso
num nupsit drusilla felici. Hec drusilla quia
iudea erat libenter audiebat paulũ de fide q̃
est in iesum christũ. Et cũ disputaret paulus
de iusticia ⁊ castitate ⁊ in iudicio futuro: tre-
mefactus est ꝑses audiẽs se iudicandum. Et
ait paulo. Vade tpe opportuno accersiam te
Hoc aũt dicebat: sperãs se aliq̇d ab eo acce-
pturũ. Putabat enim paulum habere pecu-
niam: vnde frequẽtius eum accersiẽs loque
batur cum eo. Biennio autẽ cõpleto succes-
sit festus felici missus a nerone. Si autẽ in-
telligatur biennio a ꝑsidatu felicis nõ pote-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

rit stare cū a longe retro constitut⁹ esset pre-
ses a claudio. Fest⁹ aūt missus est a nerone q̇
successit claudio. Si aūt intelligat̄ biēnio ab
accusatione pauli, nec sic poterit stare. Non
enim adhuc fluxerant duo anni ex quo vene-
rat in hierusalem. Intelligendū est ergo bien
nio ab accusatione felicis, ex q̄ scilicꝫ accusat⁹
est a iudeis.

De seditione inter iudeos ꝛ gen-
tiles.

Capl'm. CXII.

Orta est enī dis
sensio inter iudeos ꝛ gentiles in ce
sarea de honore ciuilitatis. Judei
enim preferebant se gentilibus, quia herodes
ascolonita q̇ circūcisionem accepit fuerat cō-
ditor ciuitatis, et appellauerat eam cesaream ī
honorem cesaris. Gentiles se preferebant iu-
deis dicētes ꝙ a gentibꝫ facta est ꝑmaria edi-
ficatio ciuitatis, que anteq̄ꝫ reedificaret̄ ab he
rode dicta est pirgo stratonis. Felix aūt pri-
mo fouit partē iudeoꝝ, donec exhausit mar-
supia eoꝝ. Postea fouit partē gentiliū, in tātū
ꝙ militibꝫ gentiliū dedit licentiā intrandi do
mos iudeoꝝ, ꝛ diripiendi bona eoꝝ. Vn̄ ac-
cusat⁹ est a iudeis ad neronē, ꝛ biennio ab ac-
cusatione amot⁹ est a p̄sidatu ꝛ substitut⁹ est ei
fest⁹. Volens aūt in fine presidat⁹ sui placere
iudeis: reliq̇t paulū vinctū. Fest⁹ aūt cū venis
set in ꝓuinciā post triduū ascendit hierosoli-
mā a cesarea, ꝛ rogauerūt eū principes sacer-
dotū ꝛ primi iudeoꝝ vt iuberet adduci pau-
lū in hierl'm, parantes ei insidias vt occide-
rēt eū in via. Fest⁹ aūt respondit se in cesareā
maturi⁹ descensuꝝ, ꝛ eoꝝ accusationē si ꝑiter
descēderent ibidē auditurū.

De appellatione pauli.

Capl'm. CXIII.

Emoratus autē
fest⁹ in hierl'm paucis diebꝫ descen
dit in cesareā ꝛ sedit pro tribunali,
et product⁹ est paul⁹ in mediū, ꝛ accusat⁹ est in
m'ltis ab his q̇ descenderant de hierl'm, sꝫ nō
poterāt probare q̄ obiiciebant̄ ei, paulo ī om
nibꝫ rationē reddente. Fest⁹ aūt volēs place-
re iudeis ait paulo. Vis ascēdere in hierl'm,
ꝛ de his iudicari apd̄ me. Ad quē paul⁹. Ad
tribunal cesarꝭ sto, vbi o;ptet me iudicari Erat
aūt sedes in cesarea iuxta quā stabat paulus,
quā parauerat herodes cesari vt in ea sederet
si qn̄ veniret in cesareā, vl' q̄s mitteret iudices
Et excusabat se paul⁹ dicēs. Judeis non no-
cui sic nosti. Si q̇d dignū morte cōmisi: vo-
lo mori. Si ꝟo nihil cōmisi: nemo est q̇ aude
at me tradere illis, qꝛ cesarē appello. Tūc fest⁹
cū consilio respōdens ait. Ad cesarē appella-
sti ad cesarem ibis.

De hoc quod agrippa rogabat
festum.

Capl'm. CXIIII.

Et cum dies ali-
quot trāsacti eēnt, descēdit agrippa
in cesaream cū vxore sua beronice.
Joseph⁹ dicit de beronice. Nō est intelligen-
dū, ꝙ fuerit vxor ei⁹ sed q̄si vxor. Erat em̄ so-
ror ei⁹, id est, cognata ꝑm idioma hebreū, ꝛ te
nerrime eā diligebat ꝛ imponebat̄ ei ꝙ abute
bat̄ ea. Descēdit aūt rex agrippa in cesareā, au
dito ꝙ ibi esset fest⁹ vt accusaret iudeos apd̄
eū. Iste nanq̄ꝫ agrippa infestus erat iudeis qꝛ
cū accepisset potestatem a romano imperato
re constituendi summū sacerdotem in hierl'm
constituebat eos sacerdotes q̇ nō erant aaro-
nite. Fecerat em̄ in palacio suo fenestrā emi-
nentem, vnde poterat videre q̄cūq̄ꝫ fiebant in
templo sacrificia. Qd̄ moleste sustinentes iu-
dei fecerant oppositū murū fenestre eminenti-
orē fenestra. Venerat ergo specialiter agrip-
pa, rogatur⁹ festū vt murū illū obrueret. Cau
sam tamē descensus agrippe in cesareā. nō ha
bes in historia actuū, sed ioseph⁹ supplet.

Quomodo perorauit paul⁹ coram
festo ꝛ agrippa.

Capl'm. CXV.

Cumq̄ꝫ descēdis
set agrippa: honorifice recept⁹ est a
festo, et cū per dies plures moram
fecisset cū eo consuluit eū q̇d faceret de paulo
Et exposita ei accusatione iudeorū cōtra pau
lū, respondit agrippa se velle videre paulum.
Altera die venerūt agrippa et beronice cum
m'lta ambitione, id est, cū m'lta turba eos am-
biente, vel cū m'lta ambitione, id est, cū multi
plici apparatu, vel cū m'lta ambitiōe, id est, cū
multo desiderio ambiendi paulum. Et cū in
troisset auditoriū cum tribunis ꝛ viris prin-
cipalibus ciuitatis, iubente festo adductus
est paulus, et dixit festus. Agrippa rex et vos

omnes qui adestis simul videre hunc super
quo vniuersa multitudo iudeorum interpel-
lauit me hierosolimis dicentes eum dignum
morte. Ego autē nihil in eo comperi dignum
morte. Ideo cū appellauerit ad augustum eū
romā mittere decreui. Sed irrationabile mi
hi videtur mittere aliquē vinctū. ꝛ causaꝫ eiꝰ
non significare. Idō consulo te super hoc rex
agrippa. quia non habeo quid certum scribā
de eo. Tunc agrippa ad pauluꝫ. Permittitur
tibi loqui pro te. Tunc paulus extensa manu
more concionantiū vel ad faciendū silentiuꝫ.
cepit de omnibus reddere rationē. super qui
bus accusabatur a iudeis. Beatū inquit me
reputo rex agrippa. quia in audientia tua sum
responsurus. cum peritus sis in lege moysi. ꝛ
noueris consuetudines iudeorum. Propter
quod obsecro vt patienter me audias. Et pꝰ
secutus est modum conuersionis sue. ꝛ super
quo accusaretur a iudeis. Et post multos ser
mones pauli. respōdit: Festus magna voce:
Insanis paule. multe littere te faciūt insani-
re. Non insanio inquit paulus optime feste.
sed sobrietatis ꝛ veritatꝭ verba loquor. Scit
enim rex agrippa in cuiꝰ presentia loquor. Ni
hil enim horū eum latere arbitror. Nec enim
quicꝙ horū ī angulo factū est. Credis agrip
pa ꝓphetis. Scio quia credis. Ad quē agrip
pa. In modico suades me fieri christianum.
Ad quem paulus. Opto apud deum nō tan
tū te. sed ꝛ omnes qui audiūt hodie fieri tales
qualis ego sum. exceptis vinculis meis. No
lo em̄ vinculatos esse.

¶ Ut paulus missus est romam.

Capl'm. CXVI.

Tunc surrexit rex ꝛ p̄ses ꝛ beronice ꝛ qui assidebant eis
Et cū se cessissent loquebantur ad
inuicē dicentes. Nihil dignū morte aut vin
culis fecit homo iste. Et ait agrippa ad festuꝫ
Dimitti poterat homo iste. si non appellasset
ad cesarem. Et decreuit agrippa quia appella
uerat mittendū esse ad cesarē. Et traditus est
paulus iulio centurioni cohortis auguste mi
litū. scilicet qui missi fuerant ab augusto. ꝛ pa
riter miserunt romam nuncios iudei contra
agrippam. aduersus quem multas habebant
querelas. quia vt supra pretaxauimus: cōsti
tuerat ismahelem summū sacerdotē cum non
esset de genere aaron. Et hic ponit iosephꝰ ca
thalogum sacerdotum qui fuerant ab insti-
tutione sacerdotij vsq ad terminū eiusdē sub
distinctione trium temporum. Ab aaron vs-
q ad tēpus dauid. ꝛ fuerunt singuli. xiiij. vnꝰ
post alium in sexcentis. xxij. annis. ꝛ succede-
bant filij patribꝰ. primogenitus filius aaron
scilicet eleazar successit ei in summū sacerdoti
um filius eleazari successit ei. ꝛ ita imposterū.
Nam de ithamar non erant summi sacerdo-
tes sed minores nisi pauci circa tempora da
uid. Nā in heli sacerdotiū translatū est ad fi-
lios ithamar. Abiathar quoq erat de itha-
mar quē deposuit salomō. et eius loco statuit
sadoch qui erat de eleazar.

¶ Ut incidenter narrat de sacerdoti-
bus iudeorum.

Capl'm. CXVII.

Dauid autem vo
lens ampliare cultū dei. videns q̄
non sufficeret vnꝰ summꝰ sacerdos
ad ministrationē. quia si infirmaret non erat
interim qui incensum poneret. quod necesse
erat singulis diebꝰ offerri. instituit. xxiiij. sum
mos sacerdotes quorū sedecim erant de gene
re eleazar. viij de genere ithamar. Unꝰ tamē
illorū ex. xxiiij. summꝰ erat qui dicebat prin-
ceps sacerdotū. Administrabant autem per
septimanas que iure hereditario duolute sūt
ad posteros eorū. Et vnusquisq. xxiiij. sum-
morū sacerdotū cū administrabat secū habe-
bat. xxiiij. minores sacerdotes. et totidem le-
uitas. et totidem ianitores. duplicato nume-
ro nathinneorū. Fuerūt autem. x. et. viij. prin
cipes sacerdotū a tempore dauid vsq ad trāſ
migrationem babylonis in quadringentis
et sexaginta annis. A transmigratione autē
cessauit sacerdotiū vsq ad reditū de captiui-
tate sub zorobabel et iesu magno sacerdote.
Et inde vsq ad tempora machabeorū fuit tē-
pus sacerdotij. Tempus autem machabeorū
non deputat sacerdotio. quia idem erant du-
ces ꝛ sacerdotes. ꝛ sic vsq ad herodem qui fe
cit occidi quotquot inuenerat de genere sacer
dotū. ne iterū ad eos deuolueret regnum. Et
vendebat summū sacerdotiū: q̄ndoq vni: q̄n
doq pluribꝰ simul. Et fuerūt omnino vsq ad
euersionē hierusalē. xxviij. summi sacerdotes
A tpe aūt herodis vsq ad euersionē hierusa
lem non ponit iosephꝰ summā annorū sed cō
stat fuisse centū. v. cū herodes ante natiuitatē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

domini triginta annis regnauit. et domin⁹ triginta tribus annis vixit ⁊ a morte domini vsqꝫ ad euersionem hierusalē. xlij. anni fluxerūt Sed de his hactenus.

De tempestate in mari quaꝫ predixerat paulus.

Capl'm. CXVIII.

## t Raditus ē paulus iulio centurioni vt prefatatum est. Et dedit dominus gratiaꝫ paulo in oculis eius vt humane tractaret eū. nec prohiberet amicos eius ī ciuitatib⁹ per quas transibat ei ministrare. Prosequitur ergo lucas de progressu itineris. Ascendentes inq̄t nauem adrumentinam incepimus nauigare circa asie loca. Quidam sillabicando volunt distinguere ad rumētinaꝫ. vt dicatur ſm eos nauis ad rumentinam. scilicet romam tendēs sed melius a nomine ciuitatis dicitur adrumentina. Adrumetis enim est ciuitas affrice Postea enumerat lucas ciuitates per quas transibant. quas nō est necesse enumerare. nisi in quibus aliqua gesta sunt non pretermittenda. Inter cetera venerunt listram. vbi habuit paulus plures amicos. qui ministrauerunt ei. Ibi inueniens centurio nauē alexandrinam nauigantē in italiam trāsposuit nos in eam vt dicit lucas. de naui scilicet quaꝫ prius ascenderamus nos transtulit in illam. Et cum multis diebus nauigauimus lente. vento scilicet ire liberius prohibente. tandem adnauigauimus crete. ⁊ inde vix deuenimus in locum qui dicitur bomportus. ⁊ ibi multo tempore fuimus. non ausi ingredi mare. cuꝫ non esset apta nauigatio. eo ꝙ ieiunium preterisset. id est. fames magna in nauigio ad nauigandum: reddēs nautas infirmiores. Vel de ieiunio. vij. mēsis intelligi potest quod est inter diem propiciationis ⁊ scenophegie. scilicet inter. x. diem septembris ⁊. xv. ⁊ sic probat non esse tutam nauigationem. quia iam erat septimus mensis. qui inferius est hyeme ſm hebreos. qui aprilem primuꝫ computant In hyeme autem non est tutū nauigare Vel potest intelligi de ieiunio instituto in memoriam mortis godolie. quod fit in fine septembris. Vel de ieiunio decimi mēsis. quod scilicet fiebat in ianuario. quod constituerunt auditis rumoribus de constructione templi in babilone. Cuꝫ autem molestum esset centurioni ⁊ alijs ꝙ non possent nauigare. consolabatur eos paulus dicēs. Viri video forte ex signis tempestatis vel in spiritu prophetico. quia non sine multo damno non solum oneris ⁊ nauis: sed etiam animarum vestrarum potestis nauigare. Centurio autem magis credidit nauclero siue nauiculario ꝙ̄ꝫ paulo. id est. domino nauis. Naucleros enim dicitur in cuius sortem cedit dominium nauis. Cleros enim sors dicitur. Hoc auteꝫ compulit centurionē magis credere nauclero ꝙ̄ꝫ paulo. quia portus in quo erant non erat ydoneus ad hyemanduꝫ. ⁊ ideo consulebant om̄es inde nauigare. si quo modo possent ad aliuꝫ portum peruenire. qui magis esset idoneus ad hyemandū. Et contra consiliū pauli aspirante austro ad portum propósituꝫ anhelantes intrauerunt mare. Et cum aliquantuluꝫ processissent. insurgens ventus triphonicus irruit contra nauem qui dicebatur euro aquilo. Dicitur autem ventus triphonicus quasi inflans mare. ⁊ faciēs intumescere. Triphos enim interpretatur inflatio. Et cum arrepta esset nauis. ⁊ non posset conari contra ventū. cessante remigio ferebamur in incertū decurrentes ad insulam quandam que dicitur cauda. ⁊ vix potuimus obtinere scapham de naui in mare depositam in adiutorium nauis. quia impetu fluctuū fere rupta est. Scapha dicitur leuis nauicula de vna tātū arbore cōcauata. Vel dicitur modica nauis viminea crudo corio tecta cuiusmodi vtuntur pirate. Et dicitur a scaphon quod interpretatur speculum. quia huiusmodi nauibus vtuntur pirate ad speculandum ⁊ explorandum. ⁊ deferuntur huiusmodi nauicule in nauibus. ⁊ imminente naufragio deponunt in mare ad subueniendum naui. quia his nauis accingitur et in procinctu tempestatis armatur. Cuꝫ autem sic tempestate valida iactarentur. sequenti die fecerunt iactum. id est. eiectionem vtensilium de naui.

Qꝫ constitutos in periculo paulus confortauit.

Capl'm. CXIX.

## e Cuꝫ neqꝫ sol in die neqꝫ in nocte luna ⁊ sidera apparerēt. ablata erat oīs spes salutꝭ. Et cū fecissent diuturnū ieiuniū forte voluntarium ꝓ amouēda tēpestate. vel necessarium. qꝫ

forte artabantur penuria victualium. omnibus proiectis in aquam. stans paulus in medio eorum dixit. Sanum erat consilium acquiescere mihi. et lucrifacere iniuriam hanc ꝛ iacturam. Nunc tamen suadeo vobis bono animo esse. Certi estote quia nemo periclitabitur ex vobis. nec patiemini iacturā nisi nauis. Astitit enim mihi hac nocte angelus dei cui fuio dicēs. Ne timeas paule. cesari oportet te assistere. Et ecce donauit tibi deus omnes qui nauigant tecum. id est merito tuo cōseruabit. vt nemo ex eis piclitetur. Propter qđ inquit bono animo estote. Credo em̄ deo meo. quia sic erit quēadmodū dictum est mihi. ꝛ in insulam quādam oportet nos venire. Ideo autē de hoc pdicit eis veritatē. vt vidētes hoc impletū certius sperēt salutem. Sed postq̄. xiiij. die nox superuenit circa mediam noctem suspicabant naute apparere sibi aliquaz regionē. ꝛ submittentes pondus plumbi quo maris pfunditas exploratur. inuenerunt passus. xx. Et pusillum inde separati. inuenerunt passus. xv. ꝛ timentes ne in aspera loca inciderent. de puppi mittētes anchoras iiij. optabant diem fieri.

De constantia pauli.

Capl'm. CXX.

e

## T cum vellent

naute aufugere. demittentes scapham in mare. videns hoc paul⁹ in spiritu. ait centurioni ꝛ militibus. Nisi in naui manserint homines isti non potestis saluі fieri. Et statim milites absciderunt funes scaphe ꝛ abijt per mare. Cum autem illucesceret dies rogabat paulus omnes vt sumerent cibum. vt fortiores essent ad laborem sustinēdum. Quartadecima inquit dies est hodie. ex quo expectauimus serenitatem aeris. ꝛ permanetis ieiuni nihil accipientes. Forte die illa nihil comederant. vel forte dies plures sine cibo transierant. Confortamini inquit ꝛ cibum sumite quia nec etiam capillus de capite vestro peribit. Et hoc dicto sumebant panem in conspectu omniū cum gratiarūactiōe iuxta morem solitum. et cū fregisset cepit mādučare. Alij quoq; animequiores facti sumpserunt cibum. et erant anime in naui ducente septuaginta sex.

Q paulus creditus est esse deus.

Capl'm. CXXI.

t

## Wnc conforta

ti cibo alleuiabant nauem iactantes triticum in mare. Cum autem dies factus esset: non agnoscebāt terrā. Sinum autem quendā considerabant habentē litus. in quem cogitabāt si possent eijcere nauem. Et cum anchoras sustulissent cōmittebant se mari sine conatu remigij. Et leuato artemone iuxta q̄ ventus eos ducebat. tendebant ad litus. Arthemo dicitur modicum velum. directioni nauis potius accōmodatum q̄ celeritati. Et cum incidissent in locū bithalassum impegerunt nauem. Bithalassus proprie ligua terre dicitur in mare protensa. mari hinc ꝛ inde circūdata. Et dicitur bithalassuz quasi mare bifidum terre interiectu diuisum. Et cū nauis offendisset in bithalassum. prora manebat imobilis. Puppis ṽo frangebatur maris impetu superuenientis. Et consulebant milites omnes vinctos occidi. ne forte natando aufugerent.

De verbo pauli ad centurionem.

Capl'm. CXXII.

c

## Enturio vero

volens seruare paulum prohibuit hoc fieri. ꝛ permisit quotq̄t et quocunq; modo possent euadere. ꝛ iuxta quod predixerat paulus euaserunt omnes. egressi in insula que vocabatur mitilene. Et cum egressi essent barbari habitatores insule officia humanitatis diligenter exhibuerunt eis. Accensa enim pyra reficiebant eos. Et dum paulus colligeret sarmenta ꝛ congereret in pyram. vipera inter sarmēta latens adhesit manui eius. Cum autem viderent barbari viperam in manu eius pendentem. adinuicem dicebant. Utiq; homicida est homo iste. nam cum de naufragio euaserit. vltio diuina eū amplius viuere nō permittit. Excutiēs aūt paulus vipam in ignem nihil mali passus est. At illi expectabāt. vt intumesceret man⁹ eius. quia tumor solet sequi post venenū. Et cū diu expectassent. ꝛ nullaz in manu eius deprehenderēt lesionē. conuertentes faciem suam ad se inuicē dicebant. Homo iste deus est.

Q sanauit principis patrem et alios.

Capl'm. CXXIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

Contigit autem patrem publij principis insule febribus ⁊ dissenteria laborare. id est fluxu ventris. Ad quē cum paulus introisset et orando imposuisset ei manus: sanauit eū. Quo facto omnes qui erāt in insula infirmi accedebant ad eum ⁊ sanabantur. Post menses autē tres inuenerunt nauē alexandrinam que in insula mitilene hiemauerat. cui nomē erat castrū insigne. cui scilicet insule quia adhuc ibi apparebant quorundā castrorum vestigia que antiquitus ibi fuerant edificata. vel cui naui quia in modū castrorum erant insignia velis intexta. Alia translatio habet cui erat insigne castorum. quia gemini sunt castores scilicet castor ⁊ pollux quos gentiles precipue in periculo maris inuocāt. ⁊ ideo in litore maris eis templū fecerant, Hoc autē ex alia translatione euidentius est vbi habetur. cui erat insigne filiorum iouis. Fabulant̄ em̄ gentiles castorem ⁊ pollucem fuisse filios iouis. Cum autē ascenderent nauē. multis honoribus honorauerunt nos. ⁊ posuerunt necessaria in naui. Et cum venissent siracusam. manserunt ibi triduo ⁊ inde venerunt regiū. ⁊ inde post vnū diem flante austro venerūt puteolos. pro quo alij libri habent puteolosum. Et est nomen insule. vbi inuenerunt fratres. ⁊ rogati ab eis manserunt ibi septē dieb9 Cum autē audissent aduentum eorū fratres qui erant rome occurrerūt eis vsq; ad forum apij. id est. ab apio in litore maris cōstitutum vt de nocte applicantes ibi inuenirent victualia venalia. vbi constituerant tres tabernas. tres scilz domos in litore. in quibus exponerentur cibi venales.

Qr receptus est a fratribus christianis.

Caplm. CXXIIII.

Et cum vidisset paulus fratres ad se veniētes. gratias agens deo accepit fiduciā. minus scilicet timuit. Et quia ante aduētū pauli iam rome erant xpiani pater ex hoc loco petrum ⁊ paulum non primo predicasse romanis. Qr si quandoq; legatur: de constitutione vel cōfirmatione fidei intelligendum est: nō de primaria instructione. Cum autē venissent romā nondū erat nero confirmatus in regno nec inualuerat nequicia eius. Et audiens cōtrouersiam esse de lege iudeorum ⁊ christianorum vilipendit. Et permissus est paul9 libere ire per ciuitatē. cū vno tantū milite eū custodiente. Timuit autē ne forte iudei qui persecuti eum erant in iudea misissent litteras ad iudeos qui erant rome vt in dolo eū occiderent. Ideoq; post tertiū diem conuocauit p̄mos iudeorum. Et cū conuenissent: dicebat eis. Ego fratres nō veni gentē meā accusare. sed coactus sum appellare ad cesarem. quia iniuste traditus sum a iudeis in manus romanorum. Propterea volo vos fratres scire. q̇a nulla est causa mortis mee nisi quia p̄dico resurrectionē mortuorū. At illi dixerūt ad eum. Neq; litteras accepimus a te d̄ iudea. nec aduenienss aliquis fratrū locutus est de te malum. Volumus autē a te audire que sentis de secta christianorū cui adheres. audiuimus em̄ q̄ ei vbiq; contradicitur. Et die assignata venerūt ad eum plures in hospitium suum quibus exponebat legē ⁊ p̄phetas predicans de iesu a mane vsq; ad vesperam. Et quidā credebant his que dicebantur. alij nō credebant Et cum discederēt dissentiētes. cepit eos paulus arguere in hunc modū. Bene spiritussanctus de vobis locutus est p̄ esaiā dicēs. Vade ad populū istū. ⁊ dic ad eos. Aure audietis nec intelligetis. ⁊ vidētes videbitis ⁊ non percipietis. Incrassatū est em̄ cor populi huius ⁊ aurib9 grauiter audierūt. ⁊ oculos suos compresserūt ne forte videant oculis ⁊ aurib9 audiāt. ⁊ cōuertant̄ ⁊ sanē eos. q̄m in gentib9 missū est h̄ salutare dei. et ipi audient.

Quo tempore libere predicauit.

Caplm. CXXV.

Mansit autē paulus toto biennio in hospitio quod ipe cōduxerat in libera custodia. et suscipiebat oēs qui ingrediebant̄ ad eū. p̄dicās verbū dei. ⁊ docēs de dn̄o iesu xpo cū omni fiducia sine p̄hibitiōe. Et vide q̄ ān aduētum pauli romā iā regnauerat nero duob9 annis. Et veniēs romā. p̄ bienniū fuit in libera custodia ⁊ postea p̄ decēniū i mag9 libera. q̇a nero nōdū ɔfirmat9 in regno erat. ⁊ dedit ei liberā licentiā deambulādi ⁊ circūeundi per partes occidētis ⁊ p̄dicandi.

Quo neronis imperij anno passus fuerit.

Caplm. CXXVI.

Quartodecimo

q vero anno imperij neronis. cū iã zelus eius nequicia inualuisset. ⁊ iam in iudeos cõspirasset. positus est paulus rome ī carcerē. vbi multos de familia neronis cōuertit. et familiaritatem senece magistri neronis comparauit. Et eodē. xiiij. anno vltimo scilȝ imperij neronis martyrio coronati sunt ipe ⁊ petrꝰ. Vñ patet eos errare qui dicunt nō eadem die occisos esse. nisi intelligatur eadē die anno reuoluto. quod stare non potest. cū cōstet eodem anno scilicȝ. xiiij. esse occisos ⁊ eadem die.

In quibus locis puniti fuerint petrus ⁊ paulus.


Capl'm. CXXVII.

Eloco autem vi

d dentur minus sentire quidam. qui putant in eodeȝ loco occisos. quia legitur. Gloriosi pricipes terre quomodo in vita sua dilexerunt se: ita ⁊ in morte non sunt separati. Potius tamen videtur paulus tanq̄ ciuis honorabiliori morte occisus. q: gladiatus ⁊ in cathacumbis versus occidentem Petrus xpo crucifixus in vaticano in vicū scȝ qui est extra ciuitatem vbi fiebant dolia. ⁊ ita paulus honorabiliori morte mortuꝰ est. quia gladiatus. Gladio enim perimebantur nobiles. et in loco magis honorabili. scilicet in cathacumbis.




Scholastica historia magistri Petri comestoris. Impssa argētine finit feliciter. Anno salutis nostre Millesimo quingentesimo xv. die mensis Julij.




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9

Esemplare completo, di cc. 208 con numerazione manoscritta (l'ultima c. è bianca), più una guardia in principio.

Dicembre 1921

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
Magl. C.5.9